

3.

Beiträge zum Briefwechsel der katholischen Gelehrten Deutschlands im Reformationszeitalter.

Aus italienischen Archiven und Bibliotheken

mitgeteilt von

Walter Friedensburg.

(Fortsetzung 1).

195. Nausea an Kardinal Alessandro Farnese: Bedauern, daß er Parma ohne Abschied von dem erkrankten Farnese habe verlassen müssen. Verweisung auf einen Brief an Cervini. Ungarn in Suleimans Händen, der in Buda residiert. Bevorstehender Feldzug Ferdinands; Besorgnis vor Verrat. Nauseas Thätigkeit in Wien; Notlage; Gedanke an Resignation des Bistums. Dessen Naturaleinkünfte. Von Fabri hinterlassene Schulden. Kargheit des Papstes. 1543 August 30 Wien.

Aus Arch. Vat. Carte Farnesiane fasc. VII, eigenh. Orig.

Salutem a Deo optimo maximo cum humillima et diligentissima mei commendatione.

Quam ego toto nimirum pectore doluerim, R^{me} domine ac Ill^{me} princeps, quod e Parma quidem nuper discessurus ² R^{mae}

1) Vgl. Bd. XVI, S. 470 ff.; Bd. XVIII, S. 106 ff. 233 ff. 420 ff. 596 ff.; Bd. XIX, S. 211 ff. 473 ff.; Bd. XX, S. 59 ff. 242 ff. 500 ff. dieser Zeitschrift.

2) In Parma erschien Nausea am 15. Juni, am gleichen Tage, da dort der Papst einzog. „Hoggi ci son lettere del re de Romani col vescovo di Vienna in persona ad petendum auxilium cum lacrymis.“ So Paolo Giovio an den französischen Sekretär Nicolas aus Parma 15. Juni 1543, gedruckt Atanagi, Lettere facete et piacevoli (in Venedig 1582), p. 54. Von Parma begab sich der Papst bekanntlich nach Busseto zur Zusammenkunft mit Karl V., von dort gegen Ende des Monats nach Parma zurück. Man wird annehmen dürfen, daß Nausea während dieser Zeit in Pauls Begleitung verblieb. Vorher war davon die Rede gewesen, ersterer solle nach Rom berufen werden (Farnese an Verallio 26. Mai 1543; angeführt de Leva, Storia documentata di

D. V. ob adversam valetudinem, qua ipsa tunc ita vehementer afficiebatur ut etiam lecto decumberet, valedicere non potuerim, nullis omnino verbis consequi possum, quandoquidem plurimum mea interfuerat tum me eandem R^{mam} D. V. alloqui meamque illi inopiam et paupertatem paulo certius in ejus sinum proferre. caeterum arbitrabar ipsum, quod tum quocumque tandem modo fieri oretenus haud potuit, non multo post literis me non minore fide et efficaciam facturum simulque statum hujus afflictæ nostræ nationis perscripturum, quod equidem pluribus in praesentia efficerem, nisi ego pene solus hic ob rempublicam christianam occupatissimus omnium vererer R^{mae} et Ill^{mae} D. V., dubio procul non minus, sed multo etiamnum magis ob eandem rempublicam occupatae molestus esse, et quidem maxime quod, quidquid hinc ad vos scitu vel scriptu necessarium scribi possit, paulo etiam quam par videtur fusius scripserim ad R^{num} dominum cardinalem S. Crucis ¹, cui quia cum R^{ma} et Ill^{ma} D. V. cor unum et animam unam esse censuerim, e diverso censui alteri scriptum pariter quod uni scriberem, utpote quod ab uno alteri ad legendum procul dubio communicaretur.

Ut autem R^{ma} et Ill^{ma} D. V. paucis habeat universa quae nobiscum geruntur, sciat actum perinde esse de Hungaria, qua sic Turcarum imperator potitur ut suam modo sedem personalemque residentiam habeat Budae, quae metropolis est Hungariae, quasi perpetuus illius ab inicio possessor, quamvis adversus istum rex meus elementissimus, qui fuit hactenus in Boemia milites conscribens, intra triduum magno quidem exercitu hinc progressurus speretur. faxit inter caetera Deus ille opt. max., ne non tam Turcarum quam Christianorum insidiis optimus vereque religiosissimus princeps intercipiatur tradaturque, siquidem nunc apud nos omnia plena sunt insidiis, technis, prditionibus et traditionibus, quibus magna ex parte, non armis nec viribus, occupavit Turca quidquid apud Hungaros modo possidet, quem suspicor proximo vere ad nos totis conatibus rediturum oppugnaturumque hanc nunquam satis laudatam Viennam, tocius Austriae reginam et metropolim.

Quae quidem civitas inclyta quam prorsus testimonio omnium a me meisque quottidianis concionibus et exhortationibus hucusque pendere videatur, quid et quantum mea illi praesentia adversum

Carlo V in correlazione all' Italia, vol. III, p. 481, 2, mit dem Irrtum: Fabri, statt Nausea); dies wurde dann aber wohl durch Nauseas unerwartetes Erscheinen in Parma überflüssig gemacht. Was das Konzil angeht, so wurde es bekanntlich kurz nach jener Zusammenkunft suspendiert. — v. Zeifsberg in der Allgem. deutschen Biogr. (Bd. XXIII, S. 342) giebt an, Nausea sei 1542, vom Papste berufen, in Rom gewesen — augenscheinlich ein auf dem Citat de Levas beruhender Irrtum.

1) Kardinal Marcello Cervini.

Turcas et haereticos et schismaticos universos adiutorio Dei optimi praestiterim, iudicium esse malim apud alios. subdubito autem me hoc ipsum posthac praestaturum ob extremam paupertatem et inopiam, qua sic duritia laboro ut nihil aequae propterea cogar (nisi mihi fuerit aliunde succursum) quam renunciare pauperculo desolatoque multis modis episcopatu meo, qui supra quem sustineri vel credi potest exactionibus opprimitur, non habens aliud quam quod magnis expensis partim ex frumento, partim ex vino, quorum neutrum duobus hisce annis bene nec crevit nec provenit, et quidem multis laboribus colligitur: a quibus impositionibus, exactionibus et debitis, quae dilectus meus antecessor bonae memoriae post se reliquit, haud est ut me liberem, nisi San^{mus} Dominus Noster, pontifex vere maximus, aliquanto liberalius agere mecum dignabitur quam egit quum Parmae fui atque isthinc discessi. indigne profecto ferunt viri principes apud nos quod ejus Sanctitas passa sit me tam prorsus indonatum abire, qui tamen non omnino vacuus ad ipsam vocatus propriis meis expensis, nec iis quidem vulgaribus, tam longinquo itinere venerim. id quod oro dignabitur R^{ma} et Ill^{ma} D. V. cordi percipere meque pro loco et tempore commendare Suae Sanctitati, quam una cum R^{ma} et Ill^{ma} D. V. foelicissime cupio valere mei clementer memorem.

Viennae 30 augusti anno 1543.

Ejusdem R^{mae} et Ill^{mae} D. V.

deditissimus

servulus

Fridericus Nausea
episcopus Viennensis sst.

196. Nausea an Papst Paul III.: Hilfsgesuch. 1544
Januar 18 Wien.

Aus Arch. Vat. Carte Farnesiane fasc. VII, Original.

Erinnert den Papst daran, daß dieser auf Verwendung der Kardinäle Grimani und Cervini versprochen habe se brevi pia quadam liberalitate meae et mei desolati Viennensis episcopatus tenuitati et paupertati consulturam et succursuram. Bleibt diese Unterstützung aus, so wird er gezwungen sein, sein Bistum aufzugeben. Sollte auch, wie alle hoffen und für notwendig halten, ein ökumenisches Konzil in Kürze zu Stande kommen, so würde er, Nausea, ohne namhafte Unterstützung nicht imstande sein, pro dignitate et autoritate prodesse, qui fortassis alioqui minime defuturus sim.

Ex Vienna Pannonica 18 januarii anno salutis humanae 1544.

197. Nausea an Papst Paul III.: Erneute bewegliche Bitte,
ihm zu Hilfe zu kommen. 1544 Juli 18 Wien.

Aus Parma, Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, Original.

Salutem et omne bonum cum humillima et devotissima mei commendatione.

Quam paterne quamque liberaliter et pie, beatissime pater et sanctissime domine, sacrosancta B. V. mihi transacto anno apud eam Parmae praesenti manus suas auxiliares pollicita sit¹, arbitror ipsam, quantumvis supra quam vel dici vel scribi potest pro universa republica christiana verius obrutam quam occupatam, minus oblivioni dedisse. cujus equidem partim causa haecenus eandem B. V. suae sanctae promissionis admonere meis litteris nolui², partim quia fastigii summae suae celsitudinis tot tantorumque negotiorum, quibus eam distineri constat, rationem merito habere volui et debui. veruntamen paternae illius pollicitationis aliquoties praecipuos sacrosanctae B. V. cardinales, meos veluti patronos et mediatores³, summa necessitate compulsus admonere nequaquam dubitavi. coeterum, quoniam apud illos nihil hucusque proficere potui atque ego in hanc usque diem eadem necessitate coactus laboro, fit ut perfricta propemodum fronte compulsus exemplo mulieris illius Chananaeae non secus ad sacrosanctam B. V. atque illa ad Christum servatorem, cujus sacrosancta B. V. vices in terra gerit, confugio, supplex clamans ac inquiens: domine, adjuva me! tibi vero, quod absit, sacrosancta B. V. me sicuti canem, qui filiorum pane sit indignus, exaudire dedignabitur, respondens ego et humillime reclamans dico etiam domine, nam et catelli aedunt de micis dominorum suorum! non enim peto, beatissime pater, nec arces nec castra nec oppida nec thesauros, sed micam saltem panis, id est tantulum quantum hac dumtaxat vice quoquomodo subvenire possit inopiae paupertatique meae, quae tanta est propter ingentes (ob Turcicas apud nos incursiones) steuras et exactiones ut nisi mihi a sacrosancta V. B. tempore quoquo primo quopiam pecuniario consulatur subsidio, volens nolens hunc meum prorsus exhaustum episcopatum resignare cogar.

Quod si fieret (uti fore plurimum vereor), dubio procul sacrosancta B. V. intelligit quam foret hoc ipsum toti christianae reipublicae, praesertim sub haec dubia turbulentaque tempora, perniciosum. confido autem firmiter eandem sacrosanctam B. V. nequaquam commissuram ut ad ejusmodi triarios res sit deventura, sed eam potius pro singulari sua pietate et liberalitate mihi, alioqui perituro, sic consulaturam ut et posthac sanctae isti sedi adeoque universali ecclesiae [et] sacrosanctae B. V. pro dignitate diutius sim deserviturus . . .

Viennae Austriae 18 julii anno 1544.

1) Nach Nr. 195 kann es sich wohl nur um ganz allgemein gehaltene Zusicherungen gehandelt haben.

2) S. jedoch das voraufgehende Stück.

3) Wohl die im vorigen Stück erwähnten Kardinäle.

198. Nausea an Papst Paul III: Anregung ihn nach Rom zu berufen. 1545 März 17 Wien.

Aus Parma, Arch. di Stato Carteggio Farnes., eigenh., Orig.

Um den Papst nicht zu belästigen, hat er, was mitzuteilen erforderlich schien, an die Kardinäle Farnese, Cervini, Grimano¹ geschrieben; was sich der Feder nicht anvertrauen läßt, ist er bereit dem Papst mündlich zu eröffnen, falls dieser sein Kommen nach Rom wünscht und ihm dies mitteilen läßt.

Viennae Austriae 17 martii anno 1545.

199. Nausea an Kardinal Alessandro Farnese: Bedauern Farnese nicht in Worms begrüßen zu können; Hoffnung ihn hernach in Wien zu sehen. Bereitwilligkeit, auf Erfordern trotzdem auch nach Worms zu kommen. Warnung vor Pfründenverleihung an Unwürdige, im Hinblick auf das Breslauer Dekanat, dessen Verleihung an einen Knaben an der Kurie betrieben wird. Der bisherige Inhaber des Dekanats und neugewählte Bischof von Brandenburg Hz. Joachim von Münsterberg; dessen voraussichtlicher Abfall zu den Protestanten. Wunsch Nauseas in diesem Fall das Dekanat zu erhalten, in der Hoffnung zur Erhaltung des Katholizismus im arg gefährdeten Bistum Breslau beizutragen. 1545 Mai 29 Wien.

Aus Arch. Vat. Carte Farnesiane fasc. IV, eigenh. Orig.

Freude über Farneses Legation zum Wormser Reichstag², quamvis interea vehementer quoque doleam, quia cum R^{ma} et Ill^{ma} Celsitudine Vestra coram esse nequeo, tum propter sumptus inopiam, tum propter summam in iisce partibus necessitatem, cui oportet ut mea praesencia (quum feratur haec magnae apud omnes esse gratiae) jussu Ser^{mi} et clementissimi mei regis pro virili consulam, scilicet ad retinendum contra truculentissimos hostes (Turcas videlicet, quos suo semper adventu hic non immerito propter vicinitatem valde suspectos habemus) in fide, religione, cultu divino, obedientia et tranquillitate populum, cujus ingens est et antea vix unquam audita in quottidianis meis concionibus frequentia, quemadmodum R^{ma} et Ill^{ma} Celsitudo Vestra, quum ipsa ad nos

1) Der Brief an Cervini, vom 15. März, ist gedruckt bei v. Druffel, Monumenta Tridentina; er handelt von den kirchlichen Verhältnissen Böhmens, der Spannung zwischen Kaiser und Papst, den Aussichten für ein ökumenisches Konzil; Kardinalsernennungen; kurialen Mißständen; den Predigten Nauseas unter großem Zulauf, den Türkennöten und den unerschwinglichen Auflagen in Österreich. Fast durchweg wörtlich übereinstimmend ist ein gleichzeitiger Brief an Kardinal Farnese: eigenh. Orig. in Parma, Carteggio Farnesiano. Den Brief an Grimano fand ich nicht.

2) Vgl. Nuntiaturberichte, Erste Abt. Bd. VIII.

venerit (prout eam venturam speramus), perinde testis oculata Deo fortunante coram palamque videbit. quamquam si quoquomodo fieri posset, impendio concilii rebus utile necessariumque judicetur ut duabus saltem vel tribus horis isthic praesens cum R^{ma} et Ill^{ma} C. V. paulo secretius nonnihil, quod nec literis nee quibusvis personis tuto committi queat, conferre possem, id quod ego facile futurum putem, si R^{ma} et Ill^{ma} C. V. me suis ad se literis serio evocaverit. quod ubi factum fuerit, cum duobus tantum vel tribus familiaribus per equos dispositos quamlibet aegrotus advolabo, secreto narraturus quae fortassis audivisse minus poenitebit ¹.

... Interim vero R^{ma} et Ill^{ma} C. V. bono sit animo sibi prouderent caveat a falsis fratribus, omninoque cavere velit ne vel dignitates vel praelaturas indignis et insufficientibus personis collatas confirmet; quod quia temporibus transactis male factum est, causa fuit et occasio interitus ecclesiarum longe maxima. cujus equidem ratione modis omnibus hortor ne decanatus inclytae ecclesiae Vratislaviensis quoquomodo conferatur aut commendetur cuidam puero annos dumtaxat duodecim nato nomine Multzano; quod si vel per San^{num} Dominum Nostrum Romae, ubi rem tam prorsus indignam pridem tractari coeptam intelligo, vel per R^{mam} et Ill^{mam} C. V. vel per quemlibet alium sedis apostolicae legatum hac tumultuosa praesertim tempestate fieret, certo certius esset ecclesiam ipsam Vratislaviensem funditus perituram et ad sectarios plane defecturam: ita nimirum mecum sentiunt qui summopere precati sunt ut hujus rei diligenter ac fideliter R^{mam} et Ill^{mam} C. V. admonerem.

Quia vero nunc possessor ejus sit decanatus dux ipse Joachimus Münstenbergensis, qui nuper effectus est episcopus Brandenburgensis et habita possessione defecturus creditur ad eos sectarios, in quorum numero est marchio ipse Brandenburgensis ejus episcopatus collator sive praesentator, petunt et obsecrant iidem qui hujus rei admonuerunt, passis ad coelum manibus, ut si praefatus dux Joachimus per habitam episcopatus Brandenburgensis possessionem decanatu Vratislaviensi renunciaret ac schismaticus fieret, nulli praeterquam mihi decanatus ipse per San^{um} Dominum Nostrum reservaretur ², utpote quoniam bene sperent ipsam Vratislaviensem ecclesiam, quae magna ex parte defecit a sede apostolica, per me perque continuos meos in vinea domini conatus et labores denuo

1) Der Brief erreichte Farnese nicht mehr in Worms, welches der Legat schon am 27. Mai behufs eiliger Rückkehr nach Rom verließ. Nuntiaturberichte a. a. O.

2) Diese Bewerbung Nauseas um das Dekanat in Breslau hatte augenscheinlich ebenso wenig Erfolg wie seine Bewerbung um die dortige Dompropstei vier Jahre später, welche auf Wunsch K. Ferdinands anderweitig besetzt wurde (s. Epistolae miscell. pag. 469; vgl. ibidem pag. 454).

ad gremium catholicae ecclesiae adeoque sedis apostolicae redituram. ad quam equidem rem totis viribus conarer atque eos fortasse meos conatus pro loco et tempore non omnino vanos et inanes visura esset R^{ma} et Ill^{ma} Celsitudo Vestra, quam Deus maximus cum omnibus sibi dilectis ob omni malo custodiat et defendat.

Viennae 29 maji anno 1545 ¹.

200. Nausea an Farnese: der voraufgehende Brief. Wunsch nach Rom berufen zu werden. 1545 Juli 9 Wien.

Aus Parma, Arch. di Stato Carteggio Farnesiano, Orig.

Bitte seinen kürzlich nach Worms gerichteten Brief de negotio reipublicae christianae zu beherzigen und dessen Bedeutung reiflich zu erwägen: non enim licuit in tanto rerum apud nos omnium discrimine apertius scribere; wird alles deutlich erklären, quando coram fuero. coram autem . . . ero, ubi R^{ma} D. V. apud San^{num} Dominum Nostrum curaverit ut ejus Sanctitas privatis literis aut ad regem meum vel ad me solum potius directis me ad se vocare dignetur, brevi fortassis auditura quae sacrosanctae istius sedis dignitati futura sunt nec indecora nec inutilia.

Viennae Austriae 9 [juli] anno salutis 1545 ².

201. Nausea an Papst Paul III: dringende Bitte ihm, unter Erfüllung früherer Verheißungen, das Breslauer Dekanat zu verleihen und ihn dadurch vor Resignation seines Bistums und Rücktritt ins Privatleben zu bewahren. Klagen über Anfeindungen; Einsendung eines wider ihn gerichteten Pamphlets. 1545 September 15 Wien.

Aus Rom, Arch. Vat. Carte Farnesiane fasc. VII, eigentl. Orig.

Quam multociens ego per me perque alios fide dignissimos, beatissime pater ac sanctissime domine, sacrosanctae Beatitudini Vestrae et primariis ejus R^{mis} cardinalibus de mei episcopatus non modo tenuitate, sed et maxima inopia panpertateque propter Turcicas

1) Gleichzeitig schrieb Nausea an den Sekretär Farneses Bernardino Maffeo, hauptsächlich um Vernichtung oder Geheimhaltung seines obigen Briefes an Farnese zu empfehlen, maxime quod ubique ferme laboremus in periculo falsorum fratrum. Eigenhändiges Original in Neapel, Carte Farnesiane fasc. 725.

2) Gleichzeitig an den Papst: Original in Parma l. l. Nausea klagt, daß Briefe von ihm aufgefangen seien und legt dar, weshalb er weder zum Papst noch zu dem Konzil kommen könne, welches, wie ein andauerndes Gerücht besage, neuerdings eröffnet worden sei, nämlich erstens weil der König seine Anwesenheit hier und sein Predigen inmitten der Türkengefahr wünscht, und zweitens wegen seiner und seines Bistums Armut. Sollte er aber ausdrücklich zitiert werden, so würde er sich eilends einstellen (isthuc verius advolare quam adcurrere modis omnibus conabor).

incursiones propterque intollerabiles sane anteaquam auditas exactiones, quibus supra modum gravor, contracta dolenter miserabiliterque conquestus fuerim, quanque semper liberaliterque mihi conquerenti eadem Beatitudo Vestra promiserit se mihi paupertatique meae, quodocunque se offerret aut facultas aut occasio, consulturam ipsoque facto subventuram, non addubito quin sacrosancta Beatitudo Vestra (quantumvis pro republica christiana occupatissima sit) in recenti clementique habeat memoria, nec dubito quin habita mihi subveniendi occasione citra dubium mihi suppetias et opem propter ingentes et infinitos meos pro dignitate sanctae sedis istius apostolicae conatus, labores et sudores omnino sit latutura.

Sed ecce, beatissime pater multis jam diebus vacat decanatus in ecclesia Vratislaviensi (prima post episcopalem inibi dignitas) atque propterea sine omni controversia sacrosanctae B. V. soli nec alteri reservatus est. qui quidem decanatus valoris (ut audio) 9 marcarum vel circa sacrosanctae B. V. non solum occasionem, sed et facultatem mihi meaeque tandem supremae paupertati subveniendi optimam, certissimam et gloriosissimam praebet, atque ideo sacrosanctam B. V. propter viscera misericordiae Jesu Christi et propter ejus fidei religionis et ecclesiae salutem propterque istius sanctae sedis adeoque sacrosanctae B. V. gloriam oro et obsecro quatenus eadem sacrosancta B. V. intuitu saltem tot tantorumque meorum in vinea domini Sabaoth laborum de praefato decanatu, qui est in dominio Ser^{mi} Boemiae regis, domini mei clementissimi, providere atque me semel tandem a tot et tantis tamque indignis meis querimoniis liberare dignetur.

Quod si ipsa facere (prout bene confido) dignabitur, faciet certe rem Deo et hominibus gratam totique apud Germanos christianae reipublicae percommendam, salutarem maximeque perutilem mihi meoque episcopatui pauperrimo ita summe necessariam ut nisi eadem sacrosancta B. V. de eodem nunc mihi decanatu vel de ejus simili sacerdotio providere dignabitur, omnino volens nolens cogar hunc ipsum meum episcopatum resignare planeque deserere meque in ordinem redigere mihi postea Deoque soli vivere: id quod in praesentiarum coram Deo et sacrosancta B. V. ideoque coram toto christiano orbe testatum volo et facio. quantum vero hoc ipsum plerosque omnes Catholicos sit scandalizaturum totique reipublicae christianae nociturum, res ipsa dubio procul attestabitur.

Precor itaque et obsecro, beatissime pater, per Dei gloriam perque universalem totius christiani orbis salutem quatenus sacrosancta B. V. tantum a nobis malum submovere paulo maturius dignetur.

Quam vero diligenter, fideliter et vehementer modis omnibus

pro republica christiana proque conservanda sacrosanctae sedis istius dignitate diu noctaque laborem, quidque et quantum crudelissimarum injuriarum propterea pacienter haecenus patiar et sustineam, testis esse potest omni exceptione major haec adjuncta copia ejus famosi libelli in germanico idiomate conscripti, qui nuper me hinc pro republica absente publicatus in valvis ecclesiae meae cathedralis aliquantisper affixus fuit, quem pro majore fide sacrosancta B. V. per suum germanicarum rerum interpretem in linguam latinam vertere et versum (quatenus per arduas occupationes licebit) legere meque et pauperem meum episcopatum commendatum habere dignetur, iterum atque modis omnibus et supplex oro . . .

Viennae Austriae 15 septembris anno salutis 1545¹.

202. Nausea an Bernardino Maffeo: Glückwunsch zum Bistum Massa. Absicht eine Sammlung seiner Schriften in fünf Bänden herzustellen; Bitte ihm durch Erteilung einer Pfründe die Kosten des Unternehmens zu erleichtern. Ersuchen um ein Indult angesichts der vorhandenen Notstände Priester aufser der Zeit zu weihen. 1549 Januar 16 Wien.

Aus Arch. Vat. Armar. VIII ord. I vol. G (Germaniae Nuntiaturae sub Paulo III vol. IV) foll. 165. 166, Orig.

Dankt für einen Grufs, den der Nuntius Prosper Bischof von Chisamo ihm von Maffeo übermittelt hat, und beglückwünscht letztern zur Erlangung des Bistums Massa; seine Freude darüber gedenkt er singulari eoque (sicuti speraverim) non contemnendo libro, clarissimo R^{mae} D. V. nomini consecrato, wenigstens zum Teil, zum Ausdruck zu bringen et id quidem brevi facturum, si modo R^{ma}

1) Nach einer Notiz im Konzilstagebuch des Angelo Mafarelli (Bibl. Barberin. cod. XV, 27) hatte Nausea wegen seiner Bewerbung um das Dekanat in Breslau sich am 2. September auch an Kardinal Cervini gewandt, der darüber am 12. an Farnese und am 13. an Maffeo schrieb. Ferner liegt ein Brief Nauseas vom 1. Dezember an seinen Sollicitator in Rom, Jodocus Gentheim, Propst zu St. Andreas in Worms, vor, den er ersucht, sich bei den Kardinälen Farnese, Cervini, Ardinghelo und bei Maffeo um ihre Unterstützung in verschiedenen Pfründenangelegenheiten zu bemühen: so de praepositura Basiliensi, quae nunc in quintum usque annum vacat ob litem, quam propter eam inter se gerunt dominus Ambrosius Gumpenberger et doctor quidam medicus, quorum neuter capitulo Basiliensi sicuti nos gratus est; oder ihm irgendwelche künftig freiwerdende Pfründe in Köln, Mainz oder Regensburg zu sichern; praeterea ut nobis tandem regressus ad praeposituram in Waldkirchen satis tenuem toties promissus una cum indulto extra tempora ordinandi cumque poenali mandato contra intrusum in custodiam Vormatiensem, quae nunc non sine sinistra suspicione pervenit ad quintum possessorem, zu teil werde, u. s. w. Parma l. l. Original.

D. V. suam mihi ad tantum opus qualemcunque operam adferre non gravabitur.

Ipse enim nunc multorum precibus et hortatibus aeditionem omnium fere mearum pro republica christiana lucubrationum, in quinque tomos non ita exiguos partitarum, diu noctuque non absque summo certe labore meditor ¹, in cujus equidem testimonium hic R^{mae} D. V. earundem aedendarum lucubrationum brevem transmittito catalogum ², unde ipsa opus ipsum non aliter atque leonem ex unguibus agnoscet. nec aliud posthac superesse mihi videre videor quam ut R^{ma} D. V. inopi manus adjunctrices porrigere dignabitur: id quod ipsa faciet, ubi sua me gratia et autoritate ita R^{mo} et Ill^{mo} principi ac domino domino Alexandro Farnesio S. R. E. cardinali et vicecancellario . . . commendaverit, ut Sua Celsitudo apud Rev. dominum datarium, cui quoque scripsi, clementer curare dignaretur quatenus ipse memor mei esse velit, si vel praepositura vel custodia vel id genus alia in ecclesia vel Coloniensi vel Moguntina vel Wormatiensi vel Spirensi vel Ratisponensi vel Pataviensi vacare contingeret, ut mihi videlicet de ea provideretur in subsidium tanti operis et nuper incepti expensarum, quae ad duo millia aureorum ascensurae sunt.

Praeterea, R^{mo} domine, quum modo per universam Germaniam tanta sit ubique clericorum penuria ut plane verendum sit haud multo post longe illorum majorem fore penuriam ob penuriam et negligentiam episcoporum, qui vel nesciunt vel negligunt ordines sacros conferre, concurrantque propterea undequaque ad me, tanquam ad eum episcopum qui prae ceteris (absit verbo jactantia) episcopalibus muneribus continuo fungor, vel extra tempora necessitate

1) Diese Absicht hat Nausea nicht ausgeführt.

2) Liegt nicht bei; es handelt sich um das im Jahre 1546 zusammengestellte Verzeichnis der Schriften Nauseas (Friderici Nauseae Blancicampiani, episcopi Viennensis, lucubrationum ab ipso diversis rerum diversarum argumentis conscriptarum catalogus), welches am Schluß der Epistolae miscell. gedruckt ist (pag. 476—501). Übrigens hatte Nausea dasselbe Stück handschriftlich schon 1547 an Verschiedene verschickt. Aus Trient sandte der nach der Konzilstranslation dort vorerst zurückgebliebene Erzbischof von Upsala, Olaus Gothus, am 17. April 1547 den nämlichen Katalog an Cervini (certas lucubrationes suorum — d. i. Nauseas — operum, in quibus celebris est memoria R^{mae} D. V.). Der Erzbischof bemerkt hierbei noch: Nausea widme dem Bischof von Straßburg octo solum capitula de paciencia habenda, pro quo mirari vehementer cogor, cum plus quam mille tormentorum genera (sicuti ego ante 22 annos Argentinam intuitus sum) sustinere cogatur. sed nec ille — heu dolor! — solus est, cum ingratis filiis prima utique cura sit mactare parentes. Orig. in Florenz, Carte Cervin. Filza 42 fol. 89. (Die Schrift De pacientia, in 8 Kapiteln, nach dem Lucubrat. Catal. (p. 490) dem Bischof Wilhelm von Straßburg gewidmet, findet sich auch — ohne Widmung — dem oben erwähnten Buche über Tobias in der Ausgabe von Quendel 1532 angehängt.)

ducti ordinandi, atque mihi nunc non sit indultum ordinandi extra tempora constituta, suppliciter oro ut ad conservandum ecclesiasticum statum divinumque cultum R^{ma} D. V. mihi impetrare ordinandi extra tempora facultatem hancque tempore quoque primo admittere nec dedignetur nec gravetur. quicquid autem pro ejusmodi impetrato indulto exponendum fuerit, ego perquam lubenter ut isthic expendatur curabo...

Viennae Austriae 16 januarii anno salutis 1549¹.

203. Olaus Gothus² an Nausea: Der Indult. Die Gicht des Papstes. Druck der Konzilsbulle. Erfolge des Kaisers in Afrika. Bitte Genannten Gastfreundschaft zu gewähren. Der Bischof von Wiener-Neustadt. Nauseas Schrift de Antichristo. Die Papiere des Gothus. 1550 September 22 Rom.

Aus Arch. Vat. Armar. 62 cod. 106 pag. 137 sq. neuere Abschrift³.

Memor honesti desiderii [vestri] et promissionis meae super facultate extra tempora quatuor ordinandi sepius retento memoriali in manu mea ut hanc a pontifice pro persona vestra impetrarem saltem viva voce, sed in veritate nulla data est occasio ejus Sanctitatem ad longum tempus (propter continuam podagrae et chyragrae vexationem) accedendi, neque per alium pontificis secretarium (qui frequentius ingreditur et egreditur) haec exilis dispensatio poterat concedi. ideoque rogo ne arguat me super aliqua negligentia, quam nunquam scienter quaeram aut quaesivi. episcopus Catharinus titulo Minoricensi⁴ habet in manu sua memoriale praedictum, ut tandem impetret, quod optaret certe. nec signaturae neque consistoria jam fiunt solito more, quod nec pennam San^{mus} inter digitos sufferre potest. commissione tamen Sanctitatis ejus (serenissimo imperatore instante) bulla convocandi generale concilium in Tridento fabricatur illicoque in universum emittetur, ut qui interesse debeant, convocentur⁵. sed hoc quoque in tempore per alias litteras agnosceretur, ut si possibile sit in

1) Aus dem nämlichen Jahre 1549 liegen zwei Briefe Nauseas an Kardinal Cervini vor; beide sind — nach den Orr. in Florenz — gedruckt von S. Brunner, Correspondenzen und Aktenstücke zum Leben Nauseas, a. a. O. S. 161 f.

2) Olav Magnus, letzter nomineller Erzbischof von Upsala (s. vorige Seite Anm. 2).

3) Vgl. über diese Handschrift oben Bd. 20 S. 501 f. dieser Zeitschrift. Die Genauigkeit der Abschrift läßt leider viel zu wünschen übrig. Offenbare Versehen habe ich ohne weiteres verbessert; nicht selten ist aber das Verständnis erschwert.

4) Der bekannte Theologe Ambrosius Catharinus, Bischof von Minori; vgl. die beiden folgenden Stücke.

5) Emittetur — convocentur ist Konjekture; der Kodex hat: illicoque in universum ut quorum interesse poterit accedere debeant convocentur.

cetum aliorum episcoporum perveniat. jam Deo laus victoria Caesareae Majestatis super rebelles Affricos hodie in hac urbe notificata est, et omnium pia credulitate (ut vera sit) concepta propter innumerabiles Christianos illic ad perpetuam captivitatem crudeliter reservatos.

Latori praesentium Petro Erici ad patriam nostram, Sveciam scilicet et Gothiam, revertenti, quatenus opus fuerit, hospicium in domo Ex^{mae} D. V. ad unam et alteram noctem permittatur, ymo et alteri Erico Banciaber^g ¹ de Prussia 3 octobri forsitan cum duobus nepotulis meis huc proficiscenti similiter ostendatur, nec ingratus ero ubicunque evenerit optata occasio aliquid perficiendi pro R^{ma} P. V., quam optimo Deo incessanter commendo.

Valde terruit me et alios plures infelix casus domini Henrici episcopi Novae Civitatis Maximiliani ². quid in viridi fiet?

Ex urbe die 22 septembris 1550.

Episcopus Minoricensis antedictus papae familiarissimus habet in manu sua librum V. Rev. D. de antichristo ³, nec tempus habet perlegendi eum. attamen pollicetur hinc ⁴ promovere Dominationem Vestram apud Sanctitatem pontificiam.

Rogo ostendatur latori praesentium quot sint cartae meae ⁵ et libelli et quomodo ac ubi custodiantur, ut rescribat mihi.

204. Olaus Gothus an Nausea: letztes Schreiben. Über seine Papiere. Besetzung einer Kirche, zu der Johann Hasenberg gewählt sein soll: Frage nach Nauseas Wünschen. Hoffnung für letzteren die Ermächtigung zur Weihe von Priestern außerhalb der Zeit durchzusetzen; Ambrosius Catharinus. Die Wiederberufung des Konzils. 1550 Oktober 12 Rom.

Aus Arm. 62 cod. 106 pag. 141—142.

Scripsi novissime circa medium transacti mensis septembris cum quodam nobili juvene regionis meae istuc ad urbem vestram et patriam suam ulterius profecturo, qualiter in ultimo ejus exitu litteras vestras grato animo suscepissem, nec tempus adesset tunc ad singula puncta respondere. idcirco eadem repetens quae tunc omissa fuere, et primum de cartis meis gothicis, de quibus R^{ma} D. V. pollicetur juxta vetus desiderium meum velle dare responsum, quale per omnia placebit mihi et gratias ago pro tam insigni et liberali promissione, cognoscens effectum quandoquidem inde se-

1) Scheint so; hernach (nr. 208) heisst der Nämliche: Banckenberg.

2) D. i. Bischof Heinrich Muelich von Wiener-Neustadt.

3) Libri III. de antichristo: Lucubrat. catal. pag. 496 als noch unediert.

4) Kod. hunc.

5) Vgl. das nächste Stück: de cartis meis gothicis.

quanturum. dedi tamen praedicto nobili commissionem ut aliquid intelligat de numero et custodia earum et mihi rescribat.

De praesenti¹ ecclesia admodum in decore et proventibus mensae episcopalis desolata optime respondet eximia pietas vestra, maxime quod exemplo apostoli in ejus reparatione et gubernio sciret abundare et deficere ac penuriam cum sobrietate pati, et hoc quoque non exiguum Dei donum arbitratur. utinam nil aliud obstaret sanctae meditationi vestrae, cito tam sanctum negocium in confirmatione apostolicae gratiae et favoris corroboraretur²; sed intelligo Rev. dominum Ioannem Hassenbergium, praepositum Lithomiricensem, ad eam ecclesiam dudum consensu regio et principum ac nobilium terrae fuisse electum sive postulatum ac ubique pro tali honorifice salutatum, nec constat quid ulterius facere aut prosequi velit de jure suo. praeterea ubi cederet juri suo, dubitare videntur nonnulli praelati huiusque majores hujus curiae quod R^{ma} D. V. velit etiam retinere episcopatum Viennensem duo millia et amplius florenorum in proventibus habentem, super quo oportunitate videretur ampliorem ostendere mentis vestrae declarationem, si praedictus Rev. dominus Hassenbergius rem tam arduam et necessariam ulterius prosequi nolle. deinde intelligat R^{ma} D. V. quod ultima die septembris R^{ms} dominus episcopus Minoricensis, domesticus praelatus San^{mi} Domini Nostri, cujus in minoribus excellentissimus in utroque jure praeceptor erat, mihi retulit San^{mum} Dominum Nostrum ad instantiam ejus (secundum praeviam informationem meam) vobis concessisse³ omnimodam et plenam facultatem, gratiam et indultum ut, ob defectum catholicorum sacerdotum in media natione vestra prava et perversa, extra tempora ordinationes habere seu facere potestis. super quo jam ampliores ejus litteras ad R^{mam} P. V. transmissem, nisi idem episcopus Minoricensis in civitate Tiburtina⁴ pro negociis San^{mi} Domini Nostri perficiendis constitutus fuisset; ubi autem redierit, (quatenus opus fuerit) curabo, si ita vobis placuerit, ut — ultimum meum hoc fidelitatis testimonium in verbo veritatis prolatum — aliquid contra incredulos ac infirmos requiratur⁵. super quo citissime mihi (si placet) rescribat R^{ma} D. V., quam altissimo Deo incessanter habeo commendatam, et felicissime valeat.

Ex urbe die duodecima octobris anno domini 1550.

De restitutione generalis concilii in Tridento nullam adhuc habeo firmam relationem.

1) So die Handschrift; es handelt sich aber zweifellos um eine bestimmte Kirche, ich vermute, dafs Pragensi zu lesen sei.

2) Kod. corroborentur. 3) Kod. concesserat.

4) Tivoli bei Rom.

5) Der Text scheint hier verderbt.

205. Olaus Gothus an Nausea: Auswirkung des erbetenen Indults. Schreiben Catharinus' deswegen. Dank für Aufnahme Genannter in Wien. Konzilsberufung bevorstehend. 1550 Oktober 20 Rom.

Aus cod. 106 pag. 140.

Etsi 12 hujus scripserim R^{mae} P. V. super acceptis epistolis vestris de mense mayo decimo datis, in fine addendo de ulteriori testimonio indulti vobis concessi praesertim super ordinatione clericorum et presbyterorum extra tempora observanda, me citius significare velle R. P. V.: tamen diligentius re inspecta quod haec res divino honori correspondens longa non protrahatur dilatione, rogavi intime R^{mm} dominum episcopum Minoricensem ut vestris votis (juxta commissionem San^{mi} Domini Nostri oretenus factam) quantocius in scriptorum testimonio veterum perhibendo scribere vellet, quae et illico fecit, ut jam cernere licet in litteris ejus et sigillo¹. ideoque R^{ma} P. V. ad honorem pergat in messe multa, ut omni tempore ecclesiam Christi suo sancto more edificet, quum detestabiles haeretici et schismatici sine discretionem singulo quoque die tremendum Dei nomen blasfemant et reverenda ecclesiae sacramenta conculcant.

Coeterum quia opinor Ericum civem Gedanensem² cum nepotulo meo Olao Gotho apud vos fuisse in edibus vestris, maximas gratias ago pro immensa hac humanitate vestra, qua nunquam deficitis in bene faciendo meis amicis. scripsit enim mihi 7. hujus de Veneciis huc ad urbem properans omni die.

Pro festo omnium sanctorum, ut apparet, publicabitur bulla concilii in Tridento pro dominica in albis³ restituendi. felicissime valete.

Ex urbe die 20 octobris 1550.

206. Gothus an Nausea: Aufnahme seiner Verwandten in Wien. Verzögerte Berufung des Konzils, dessen Anfang jedoch nach Ostern erwartet wird. Die seit 1545 in Trient verharrenden Spanier. Die Papiere Gothus'. 1550 November 8 Rom.

Aus cod. 106 pag. 138 sq.

Gaudeo plurimum talem ac tantam inesse gratiam et clementiam in visceribus charitatis vestrae ut, colligendo peregrinos et

1) Der Brief des Catharinus, vom 14. Okt. aus Rom datiert, findet sich pag. 145 sq. der Hs.: Auf Anregung Olaus' habe er propter nonnullam familiaritatem quae est mihi cum Sua Sanctitate, bei letzterem den Wunsch des Nausea vorgebracht, der facile ac perbenigne zugestanden worden sei; cujus rei... testis esto haec nostra epistola manu propria scripta.

2) Gedanum ist bekanntlich der alte Name für Danzig; gemeint ist der in Nr. 203 und 208 erwähnte Erich Bankenberg. 3) D. i. 5. April 1551.

advenas propter Dei negocia et servicia in hanc etiam urbem peregrinantes, maxima humanitate colligere non cessaret, prout a praesentium latore et meo nepotulo ¹ in timore Dei educando peramplius intueor esse factum. Deus optimus, benignus et misericors V. R^{mae} P. praeparet aeternam in coelo mansionem pro tam sedula bonorum hospitem susceptione et charitativa refectione, ubi jam parata est horribilis poena hiis qui sevissimis doloribus affligunt advenas accedentes, uti P. V. ultimo sapientiae capitulo novit esse scriptum ².

De generali concilio adhuc quo tempore fieri poterit abditum silentium sustinemus, expectationemque non parum anxiosem reddit ea prorogatio, quam Caesarea Majestas in conventu principum Augustae posuisse dicitur, ad martium mensem. alioquin pro Kalendis novembris bulla convocationis concilii in locis solitis hic fuisset publicata. manet tamen omnium opinio quod in octava paschae praesules diversarum nationum urbem Tridentinam pro hujusmodi celebrando concilio sint accessuri, ubi et optimi Hispaniarum antistites (ad solum imperatoriae majestatis nutum) in septimum annum non sine gravissimo dispendio suarum ovium in anxia patientia perseverant. si recurrerent ad acta Calcedoniensis concilii, forsitan meliora remedia invenirent, si ita placeret Deo, in quo felicissime vivat et valeat R^{ma} D. V., quae etiam huic Erico, ut mihi rescribat, ostendere dignetur in qua dispositione manent cartae meae ³, quia video D. V. R^{mam} maxime fore impeditam ut non possit, prout in mayo promisit et scripsit, de eisdem cartis et libello ac compute domini praepositi Pauli Oberstain facere declarationem. et iterum valeat R^{ma} D. V., quam sincere diligit San^{mus} Dominus Noster Julius III.

Ex urbe in octava omnium sanctorum 1550.

Jam pridem credo R^{mae} D. V. datas esse litteras pontificiae permissionis super ordinibus sacris extra tempora conferendis, ut bis scripsi secundum diligentem sollicitudinem meam.

207. Papst Julius III. an Nausea: rühmt die ihm übersandten Schriften und Briefe und die Anhänglichkeit Nauseas an den heil. Stuhl. 1550 November 13 Rom.

Aus cod. 106 pag. 167 sq.

Julius papa III.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Quas ad nos dedisti litteras cum compendio Constantiensis concilii, quinto fere mense a quo die datae fuerant accepimus:

1) Vgl. das vorige Schreiben. 2) Sap. 19 v. 13 sqq.

3) S. o. Nr. 203 ff.

quo factum est, ut eis nos nunc primum respondeamus. sed certe et diligentiam et iudicium, quo usus es in redigendis ad summam illius concilii decretis, valde probavimus, et alia item scripta tua, quae nobis ante miseris ad concilii oecumenici rationes pertinentia, a summa fide et pietate erga sanctam sedem apostolicam profecta iudicavimus. in epistolis etiam tuis, tam in ea qua nobis es pontificatum gratulatus, quam in hac posteriore cui nunc rescribimus, tui erga eandem catholicam ecclesiam, cui nos praepotens Deus praeesse voluit, offitii constantiam, atque erga nos singularem quandam observantiam agnovimus. nam quod ad te ipsum missarum epistolarum libros aliquot tui nominis tuaeque apud bonos omnes existimationis quasi testes nobis esse voluisti: virtutes certe tuae adeo celebres atque illustres apud nos sunt, ut nullis qui eas vel declarent vel exornent testibus indigeant. quod si occasio aliqua nobis de te bene merendi data fuerit, praeclara nos erga te voluntate esse ut intelligas operam dabimus. tu interim doctrina et eloquentia tua non desines ecclesiae dignitatem tueri et animarum saluti, quod te assidue facere ex multorum sermonibus cognovimus, Deo annuente consulere.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 13 novembris 1550, pontificatus nostri anno primo.

208. Gothus an Nausea: Konzilsbulle ist ergangen und dem Kaiser zugesandt; Versendung an die Metropolen steht bevor. 1550 November 29 Rom.

Aus cod. 106 pag. 2sq.

Scripti alias D. T. R^{mae} super rebus hic occurrentibus in exitu spectabilis viri Banckenbergensis, civis Gedanensis, cujus filium in optimam gratiam et conditionem fovendum ac docendum suscepisti. nunc autem agnoscat R^{ma} D. T. qualiter die 14 hujus mensis San^{mas} Dominus Noster Julius III (ut gregi christiano oportunius meliusque consulat) consistorialiter ac conformiter bullam¹ convocandi seu restituendi concilium pro kalendis maji proxime venturi in civitate Tridentina publicari jussit, misitque per dispositum cursorem ad Imperialem Majestatem hujuscemodi bullam, ut contentis in ea pro gloriosa pietate sua satisfacere dignetur. sed necdum ulterius publicata est, donec redditum fuerit responsum a sua sacratissima Cesarea Majestate, neque ob hoc legati ejusdem sacri concilii adhuc deputati.

Die 27 hujus Sanctitas pontificia dixit mihi quod cito velit hujusmodi bullam, more antiquorum pontificum, manu praelatorum hic et cursorum subscriptum ad archiepiscopos provinciarum (ut eam publicent) destinare; quo ordinato non patiar R^{mam} D. T.

1) Cum ad tollenda. Gedr. Raynaldus 1550 § 21.

ea carere, neque aliarum honestarum rerum quae in Latio ¹ nostro futurae sunt. felicissime valeat R^{ma} D. T.

Ex urbe die 29 novembris anno 1550.

209. Martinengo ² an Nausea: Fortdauer der Gültigkeit des früher von Paul III. verliehenen Indults betreffs der Priesterweihe. 1550 December 3 Augsburg.

Aus cod. 106 pag. 152.

Curavi negotium tuum Romae diligenter facileque a San^{mo} Domino Nostro impetratum est, ut id per breve expediretur. sed datarius, per quem ejusmodi libelli conficiuntur, cujus et usu rerum et peritia atque munere officii tanta autoritas est ut illi tuto stare possimus, admonuit nihil novis litteris opus esse, cum, quod a foelicis recordationis Paulo III tibi fuerat indultum, duret adhuc et suam vim habeat. quod cum ita sit, poteris haud dubie permissio jure uti secundum supplices illos libellos quibus Paulus subscripsit. initiabis igitur sacris quam plurimos et in religione, autoritate, doctrina et exemplo tuo, ut facis, constanter continebis, nosque diliges. vale.

Augustae Vindelicorum tertio nonas decembris 1550.

210. Martinengo an Nausea: Übersendung der Konzilsbulle; Motivierung, weshalb kein Breve mitgeht. Nauseas Editionspläne. 1551 Januar 31 Augsburg.

Aus cod. 106 pag. 1 sq.; zweite Abschrift — bis: membrum esse voluit — ebenda pag. 151 (mit einigen unwesentlichen Abweichungen).

Concilio bullam impressam et authenticam ex San^{mi} Domini Nostri expressa voluntate habebis cum his litteris, quae ideo ad R^{mam} P. T. et singulos mittitur quorum persona in generali concilio maxime spectanda est, ut summi pontificis in universam rempublicam christianam charitatem et unitatis atque concordiae desiderium, quale summum et justum pastorem decet, satis antea contestatum nunc reipsa perspiciatis et coeteros per universas vestras dioeceses admoneatis, qui cum omni studio evigilent nihilque praetermittant quod ad consociandas populi sibi commissi voluntates opportunum esse videatur, generale concilium, quod praecipuum remedium rebus ecclesiae afflictis et perturbatis semper est judicatum, prosequi et ad suum exitum perducere summa cura contendit, in quo confidit dominum cum vestra opera et obser-

1) So!

2) Girolamo Martinengo, ordentlicher Nuntius bei K. Ferdinand 1550—1554.

vantia vires et facultates subministraturum. hoc per suas litteras in forma brevis scriptas singulis significare Sua Sanctitas sciens praetermisit, quod licet in nova concilii indictione solitum sit, in prosecutione tamen jam indicti minime id esset necessarium. admonebit igitur te tua prudentia et ipsius bullae tenor quid maxime dignitati tuae conveniat in procuranda pro virili hujus christiani corporis sanitate, cujus te dominus nobile membrum esse voluit.

Nunc mihi ab te litterae redditae sunt nono die antea datae, tuae sanitatis et humanitatis plenae, ex quibus libenter cognovi te de editione librorum cogitare, quod etiam ut facias plane hortor; spero enim fore ut nostrae aetatis hominibus ad christianam orthodoxam religionem vel conservandam vel restituendam lucubrationes tuae adminiculum praestent. sed quod opem nostram requiris, laetor tam laute tecum fortunam egisse, ut licet tibi auxilio esse non possim, non propterea tuum institutum opus impediatur, tot praesertim et tantis patrociniiis fultum.

Sed ista te minuta et levia non retineant, quominus et christianam rempublicam juves, in qua primae classis civem te esse noscere debes, tuumque et amicorum nomen illustres. ego te propediem videre spero. bene vale.

Augustae Vindelicorum pridie calendas februarii anno salutis 1551.

211. Nausea an Papst Julius III.: die Neuberufung des Konzils; Wunsch teilzunehmen; Schwierigkeiten. 1551 März 28 S. Veit.

Aus cod. 106 pag. 9—11.

Beglückwünscht den Papst zur Neuberufung des Konzils, besorgt jedoch diesem trotz seines dringenden Wunsches nicht beiwohnen zu können: in primis enim remoratur me, quominus illuc ad concilium definito tempore accedere queam, gravissima et ea quidem diutina hujus certe propemodum sexagenarii¹ et exhausti non tam propter senectam, vel quamlibet per se dura satis aegritudo, quam propter infinitos et ingentes labores, quos in multos annos pro catholica fide et religione tuenda et propaganda pa-

1) Nach der gewöhnlichen Annahme (vgl. diese Zeitschr. Bd. XX, S. 500) war Nausea um 1480 geboren; es ist aber zu beachten, daß bestimmte Zeugnisse für diese Annahme nicht vorhanden sind. Wofern also hier oben nicht etwa ein Schreibfehler (statt septuagenarii) vorliegt, wird man künftig Nauseas Geburt nicht früher als 1491 ansetzen dürfen, womit es im Einklang steht, daß wir vor 1514 über Nauseas Lebensgang keinerlei Notiz haben, was bei der Annahme, daß N. damals schon sich der Mitte der Dreißig genähert habe, auffallend erscheinen könnte.

tientissime sustineo, et nunc omnino ad occasum tendentis corpusculi infirmitas. siquidem multis hucusque diebus adeo decumbo, ut aliquoties agere animum mihi videre videor; sperans tamen suo me tempore, Deo propitio, in aliqualem pristinam valetudinem restitutum iri. insuper me quoque remoratur paupertas illa mea meique episcopatus tenuitas, quae ob continuas et difficiles contra Turcas exactiones et contributiones et id genus alia gravamina, a quibus immunis haud sum, viaticum quantumvis exiguum minime praestare valeat, quandoquidem nullum mihi adsit totius meae dioeceseos per se satis angustae, sicut aliis per universam Germaniam episcopis, subsidium a sacerdotibus, qui praetendunt se ab omni contributione et subsidio per istam sanctam Tuae Beatitudinis sedem esse exemptos et immunes. proptereaque spes omnis mea, licet satis dubia, in Ser^{mo} regi nostro sita est. quod igitur superest, omnino necessarium esse iudicaverim, sacrosancta Beatitudo Tua ex officio suo motu quoque ¹ proprio ex certa que scientia tempore quoquo primo ad eundem clementissimum regem meum scribi dignetur curare et hortari, quatenus ejus sacratissima majestas de condecienti viatico providere mihi non dedignetur. quod ubi factum fuerit, haud prorsus dubitaverim me voti mei fore compotem, utpote me quam primum, ubi paululum revaluero, ad ceptum concilium quo citius et celerius potero accessurum meque, si non prophetam, quod mihi nec sperare licet, saltem ut Saulem inter prophetas exhibiturum. quippe qui universas et corporis et animi et ingenii mei dotes et facultates, utcuque prorsus exiles, ad gloriam Dei, ejus ecclesiae concordiam, religionis et fidei unitatem et istius sacrosanctae sedis apostolicae dignitatem impiger tendam et proferam. id quod sibi S. B. T. cum tota sancta synodo constanter persuadere, et meis humeris interea quidvis quod par esse possit mihi jubere et imponere non gravetur nec dedignetur, atque ego jussa devotissime diligentissimeque et obedientissime capescam . . .

Ex arce mea episcopali apud Sanctum Vitum supra Viennam 28 martii anno salutis humanae 1551.

212. Oporinus ² an Nausea: Geschäftliches. Caspar Her-
vagus. Der schlechte Absatz der Epistolae miscellaneae
Nauseas. Die Kirchengeschichte des Nicephorus. 1551 Mai 22
Basel.

Aus cod. 106 pag. 149—150.

Salutem. ingentes gratias ago Celsitudini Tuæ, amplissime
praesul, partim quod pecuniam a Joanne Pfliegero cive Francfor-

1) So? oder motuque proprio? Kod. quasi.

2) Johannes Oporinus, Drucker in Basel (vgl. über ihn Steiff in

diensi nobis tuo nomine datam bona fide per Celsitudinis Tuæ curatores dissolutam nuper intellexi; partim vero quod meam commendationem ita probe succedere intelligo, quia dominum Casparum Hervagium¹, ante biennium Celsⁿⁱ T. per litteras meas commendatum, ita se honeste hactenus apud Cels^{nem} T. gessisse audio, ut Cels. T. ipsius fidem atque operam non solum boni consulat hactenus, sed ad majora officia obeunda subinde magis magisque promovere ipsum velle videatur. utinam vero ita parem etiam successum in epistolarum miscellanearum distractione experiri mihi liceat, quas haud scio an me vivente unquam divendi possint: adeo pauci petunt, ac multo magis abhorrere etiam videntur. itaque tua mihi hac etiam parte opem denuo implorandam video, oroque Cels^{nem} T. ut commendare bonis ac doctis viris non cesses, maxime optimatibus tam ecclesiasticis quam secularibus, quo modo earum legendarum aut saltem in bibliothecas collocandarum desiderio plures rapiantur atque ita a bibliopolis etiam plures expectantur.

Quod reliquum est, quia intellexi Ser^{mm} Romanorum regem Ferdinandum Nicephori historiam ecclesiasticam e Graeco transferri curasse et ut etiam in publicum edatur sedulo urgere, vehementer Cels^{nem} T. oro, si forte per occasionem licebit, ut apud majestatem regiam nostri mentionem facere digneris et quo major ornatu et augustior forma prodire in publicum possit tanto tempore hactenus desiderata tam illustris historia author regiae majestati esse atque hortator velis, ut non gravetur aliquid in hoc ipsum opis suae atque liberalitatis conferre. quare vix scio an quicquam praestare majestate sua magis dignum et reipublicae litterariae magis utile possit. . . .

Basileae die 22 maji 1551.

213. Kardinal Girolamo Verallo² an Nausea: lobt die Absicht einer Edition der Werke Nauseas, kann aber auf Unterstützung seitens der Kurie keine Aussicht machen. Tod Hoetfilters; Vergebung seiner Benefizien. Grofse Zahl der Pfründenjäger. 1551 Juli 1 Rom.

Aus cod. 106 pars 2 p. 71 sq.

Tum ex aliis R^{mae} D. T. litteris, tum ex his quas proxime 21. maji scriptas ad me dedit, plane intellexi quanto cum studio

Allgem. D. Biogr. XXIV, 381—387). O. war Drucker und Verleger der Epistolae miscellanae Nauseas.

1) Kod. Norvagium. C. Herwagius war Vertreter des Bischofs Christof von Konstanz in Trient (dessen Instruktion für ihn in unserem Codex pars 2, pag. 4 sq.).

2) Kardinal 1549, † 1555; früher langjähriger Nuntius in Deutschland und bei Kaiser Karl V.

et labore curaret ut lucubrationes suae ad communem totius christianae reipublicae utilitatem in lucem prodirent. quod quidem ejus studium et desiderium vehementer probo valdeque laetor tales viros hanc nostram aetatem habere, quorum vigiliis et doctrina fides nostra et religio in dies augeri maxime possit. sed illud valde moleste fero, me nullam rationem non modo invenire, sed neque excogitare posse, qua aliquid subsidii in hoc suum tam utile et sanctum opus edendum illi conferri possit; nam cum pontificem omnium liberalissimum et doctorum virorum amantissimum habeamus, adeo tamen exhaustum aerarium in initio sui pontificatus invenit, ut proprius sit ut se aere alieno adstringat, quam ut aliis aliquid subministrare possit. ad hoc accedunt haec tempora turbulenta et bellorum motus, quae mihi poenitus omnem facultatem rogandi et Sanctitati Suae largiendi — hoc R^{ma} D. T. cupit — adimunt; quamobrem quomodo in praesentia honesto huic ac laudabili desiderio satisfieri possit non video.

Quod vero ad me scripsit de obitu Hutfelder¹ et de vacatione suorum beneficiorum, opportuna quidem illa fuissent; sed statim atque ille interiit (interiit autem morte subitanea) San^{mus} Dominus Noster curam illorum dividendorum inter aliquos viros probos istius provinciae R^{mis} dominis cardinalibus Morono et Mafeo demandavit, qui statim illa distribuerunt ut visum est. quod antequam ego rescissem, distributio jam erat facta. sed si R^{ma} D. T. cupit hac via ad sua vota pervenire, non erit fortasse difficile, modo curam et diligentiam adhibeat, et quotiescunque aliquis praelatus vel alius quispiam sacerdos istic obierit, me statim certiozem reddat, nam ego postea efficere conabor ut San^{mus} Dominus Noster vel omnia vel saltem partem illorum quorumcunque beneficiorum in R^{mam} D. V. transferat; sed illud est inprimis animadvertendum ut quamprimum hujusemodi nuncius ad me perferatur, ne quis prior illa impetrare possit. nam mirum est quam multi sint beneficiorum (ut ita dicam) aucupatores, qui statim atque quis interit denunciant omnibusque precibus illa impetrare contendunt...

Romae calendis julii 1551.

214. Erasmus Strenberg² an Nausea: Antwort auf zwei Briefe. Beförderung von Schriften und Briefen Nauseas an den Kardinal von Trient und den Papst; Dank des ersteren.

1) Ob der bekannte Jodocus Holtfilter, nomineller Bischof von Lübeck? Nach Potthast, Wegweiser starb er erst im April 1553.

2) Domherr in Trient und Rat des Kardinals Madruzzo (vgl. das folgende Stück), später Quartierwirt Nauseas in Trient.

Unterkunft Nauseas in Trient; Kommen nicht zu beeilen. Teuerung der Bedürfnisse für die Pferde. Aussichten des Konzils; Anwesende. Philipp II. und Maximilian nach Spanien unterwegs. 1551 Juli 15 [11?] Trient.

Aus cod. 106 p. 135 sq. (wozu am Rande: originale cum sigillo); eine zweite Abschrift mit dem Datum des 11. Juli ebendasselbst pag. 17 sq.

R^{mo} etc.

Accepi unas et alteras D. V. R^{mae} litteras humanissimas, quarum primis non respondi, sed de postulatione de domo facta domino Engelhardo¹ rescripsi, ex quo eam accepisse meam oblationem intellexi. ex alteris suis, cum quibus duos libellos accepi (sicuti prioribus promiserat) cum epistolis suis, unum ad R^{mm} dominum meum cardinalem Tridentinum, quem exhibui, alterum ad San^{mm} Dominum Nostrum directum eo ad urbem transmitti curabo ut Sanctitati Suae praesentetur². gratissimum autem et acceptissimum munus fuit ipsi R^{mo} domino cardinali meo, quo R^{ma} D. V. ipsum ornare et immortalitati eum tradere voluit. de eo Dominatio Sua R^{ma} rellaturus est gratias, quas tamen suo nomine habendas mihi injunxit. et se ad omnia vota sua offert, et de domicilio pro suo huc adventu ubi intellexit apud me quaerere, jussit ferventer mihi ut pro ea servem et ea reverentia qua ipsi teneor R^{mam} D. V. suscipiam; de adventu suo mihi locuta Sua R^{ma} Dominatio consuluit ut ante septembrem se itineri non accingat: imo si meo humili iudicio obaudiet, se non movebit donec quid certius de prosequendo concilio habeat, de quo prorogando mussitatur ob bellum Parmense, quod nunc maxime fervet; id in incipientis potestate est, sed finiendi in victoris voluntate.

Quoad provisionem de rebus necessariis faciendam, gubernabo me juxta quod videro ab aliis Alemanis fieri, prout aliis in litteris ad dominum Engelhard monui. foenum et palea atque etiam avena in pretio erunt charo et ideo consultum R^{mae} D. V. erit ut pauciores quam potest equos teneat; de relliquis commodius poterit provideri. Deus concedat ut concilium suum debitum effectum habeat, sicuti res praesentes relligionis nostrae turbulentissimae requirunt. status concilii hic nostri est quod pauci admodum adhuc accesserunt. ex nationibus nulla se obedientiorem gessit

1) Nikolaus Engelhard, Domherr zu Wien, s. das nächste Stück.

2) Am 24. Juli schreibt Strenberg an Engelhard, dieser möge Nausea sagen, „ich wis nit woll wie ich das annder buch1, so Seyn Gnaden dem babst dediciert hat, hinein schickhen soll; sennt ichs nit ainen zue der efs; Sr H. überantwort, so ist es verloren. bey der post will es etwas gesteen; ain vergebuen (so!) botten findt man sellten“. Cod. 106, p. 19—21.

quam Hispana, quorum plures hic sunt, aucti numero ex hiis qui postea venerunt; ex eis namque existunt qui sex annis et ultra perdurarunt. ex aliis pauci sunt hic, e quibus Siciliani nonnulli, Lotharingus unus episcopus Verdunensis¹, Caesari subditi sunt. e Germanis in persona adhuc nullus venit; Herbipolensis suum suffraganeum², Augustensis vero unum doctorem theologum praemiserunt. Misnensis, Nunburgensis et Mersenburgensis suum huc nuntium ad praesides concilii destinarunt, sciscitatum an jubeant [eos venire]³ inter infestissimos hostes desertis suis ecclesiis. qui eorum rationibus consideratis unum ex istis nunc venire rescripserunt, coeteri deinde (ubi opus erit) evocabuntur.

Nec sunt alia apud nos, nisi quod Ser^{mus} princeps Hispaniarum et archidux Austriae⁴ ad navigandum in Hispanias conscendentes naves dederunt vela ventis, quos Deus prosperos concedat, quatenus litora illa feliciter pertingant et ipsi Ser^{mo} archiduci eosdem praestet secundos, ut ex oris Hispaniarum prospero cursu ad litus Januense cum regina conthorali sua perveniat, pro quibus conducendis equites et Hungari seu Croatiae et Australes atque Boëmi in bono numero pulchre ornati transierunt huc.

Tridenti die 15 mensis julii 1551.

215. Nausea an K. Ferdinand: seine Mission zum Konzil: Aufgeben der geplanten Badereise. Nachrichten vom Konzil. 1551 August 11 S. Veit.

Aus cod. 106 pag. 12—14.

Von Ferdinand als sein oder seiner Bischöfe Vertreter nach Trient zum Konzil beordert, hat Nausea zu einer ihm höchst notwendigen Badereise um einmonatlichen Urlaub ersucht, der König ihn aber wissen lassen, er müsse am 1. September in Trient sein⁵. quapropter ex itinere a Sancto Hypolito ad Sanctum Vitum reversus nunc jussa capessere paratissimus et obedientissi-

1) Nikolaus III. Psalmaeus (Pseume) 1548—1575, kam am 30. April in Trient an (Theiner, Acta genuina I, p. 479).

2) Kam am 17. Juni nach Trient (Theiner I, p. 482).

3) Diese Worte fehlen in beiden Abschriften.

4) Philipp (II) und Erzherzog Maximilian (II) von Oesterreich reisten im Juli 1551 mit einander nach Spanien, von wo letzterer seine Gemahlin, Maria, Philipps Schwester, die er dort 1548 geheiratet hatte, nach Deutschland mit sich zu nehmen beabsichtigte. Über die Heimkehr der Gatten s. u. nr. 234.

5) Durch Schreiben vom 9. August 1551 (aus Wien) in Cod. 106 p. 21. Das Reiseziel Nauseas war laut dieses Briefes Abach (bei Kelheim). Ferdinand werde, heißt es ebendort, auch einen Ungarischen Bischof senden; dieser und Nausea sollen in Botzen auf einander warten und von dort gemeinsam reisen, spätestens aber am 1. September in Trient einziehen.

mus sum, nihil aequae supplicis orans et obsecrans quam ut sacratissima regia M. T. dignetur mihi de viatico necessario et competenti per suos praelatos (uti moris est) gratiose providere, quum nihil aliunde mihi, sicut aliis episcopis, qui tempore conciliorum suo clero steuras charitativas aliquando satis graves imponunt, subsidii sit nec subvenire mihi possit episcopatus iste meus tam multipliciter in paupertatem reductus. deinde ut sacratissima T. M., si suo nomine tanquam commissarius ad concilium proficisci debeo, commissionem, si vero nomine episcoporum proficisci debeo, mandatum procuratorium, si vero utrorumque nomine proficisci debeo, tam commissionem quam mandatum unicum instructione fieri paulo maturius dignetur, quum tempus expostulet et causa. quamquam propter multa alia, quae transeo, concilium Tridenti suum non putaverim tam cito habiturum a prima die septembris progressum, sed prorogatum iri ad aliud tempus, cum propter bellum Parmense, quod nunc fervere dicitur, tum propter appropinquantem vindemiam, unde quibusdam, uti mihi quoque, omnis pendet substantia et sustentatio, a qua ob id nec episcopi nec alii praelati libenter absunt ob infidelitatem et negligentiam familiarium vel operariorum ¹.

Rem magna ex parte sic habere sacrosancta regia T. M. paucis intelliget ex iisce adjunctis copiis litterarum, quas partim ad me signo A. signatas ², partim ad dominum Nicolaum Engelhardum canonicum Viennensem nuperrime scripsit dominus Erasmus Strenbergius, canonicus Tridentinus vel Brixiniensis, R^{mi} domini cardinalis Tridentini consiliarius, signo B. signatas, unde Regia M. T. aperte cognoscet an hactenus indiligens vel improvidus de concilio fuerim neque...

Ex Sancto Vito 11 augusti anno salutis 1551.

216. Martinengo an Nausea: kann sich für Hinausschiebung der Nausea vorgeschriebenen Ankunftszeit am Konzil nicht verwenden. 1551 August 12 Wien.

Aus cod. 106 pag. 148 und (zweite Abschrift) pag. 22.

Lectis tuis litteris, quas hodie a Sancto Vito dedisti ³, sum molestia affectus obortum esse aliquod impedimentum, quod te ab

1) Der herrlichen Weintrauben Nauseas gedenkt ein kurzes Schreiben des Dr. Ludwig Mantua aus Wien 15. Juli 1551, im cod. 106 p. 132.

2) Nr. 214.

3) Cod. 106, p. 15 d. d. ap. S. Vitum. Nausea bittet hier den Nuntius, K. Ferdinand vorzuschlagen, daß einstweilen ein niederer Geistlicher, qualis est ipse pastor in Rusbach (so!) mit dem Ungarischen Bischof vorausgeschickt werde, dem er dann später, da ja das Konzil so schnell nicht in die Verhandlungen eintreten werde, folgen möge.

instituto itinere removeretur, quominus et valetudini tuae inseruias et Regiae Majestatis summique pontificis voluntati ex officio tuo seruias, neque ad prestitutum diem calendarum septembris Tridenti generali concilio interesse possis. auxit etiam dolorem meum res ipsa, de qua me rogas, quod, cum maxime cupiam tibi in omnibus rebus commodare, in hac causa minime possim, quae ejus generis est ut pro te verbum apud regiam majestatem emittere non possim, cum maxime superioribus omnibus diebus San^{mi} Domini Nostri jussu insteterim ut mature episcopi ad concilium proficiscerentur. illud tamen dabo operam ut Regia Majestas necessarium tibi viaticum subministrari curet; sed velim, cum prope sis, te huc conferres, posset enim res, te praesente, apud Majestatem Regiam facilius expediri. bene vale teque ipsum cura quantum potes.

Viennae 12 augusti 1551 ¹.

217. Nausea an K. Ferdinand: hat Instruktion cet. erhalten, aber kein Zehrgeld. Reise zum Konzil. Türkengefahr. 1551 August 19 Enns.

Aus cod. 106 pag. 32.

Invictissime rex ac clementissime Caesar. litteras credentiales una cum mandato et instructione ² non procul a Sancto Hypolito per proprium meum nuncium, citra tamen aliquod viaticum, salvas et ea qua potui reverentia recepi, usurus illis pro loco et tempore, quando Tridentum venero, summa fide et diligentia. hac vero hora, quae duodecima est hujus diei, veni ad oppidum Laureacense, quod vulgo Ens adpellari solet, profecturus si potero hoc vespere tria miliaria adhuc. per totum vero iter hucusque nihil aliud quod scriptu dignum esset audivi, quam quod omnes ferme homines sibi plurimum timent a Turcis, de quibus ubique

1) Nausea antwortete aus S. Veit am 14. August (l. l. p. 14), er hoffe Sonntag zu König und Nuntius zu kommen und bitte, daß ersterer ihm qualecumque viaticum auswirke, nach dessen Empfang er aufbrechen werde. Gleichzeitig oder schon früher scheint N. auch an den König geschrieben zu haben, der am 14. (aus Wien) antwortete: er möge am Montag (17.) aufbrechen, ohne auf seine Instruktion, mit deren Anfertigung man beschäftigt sei, zu warten. Er, Ferdinand, habe verfügt, daß ihm monatlich hundert Kronen für Reise und Zehrung gereicht würden. Cod. 106 p. 24.

2) Das Mandat und die Instruktion für Nausea und den Bischof Paul von Agram vom 16. August, l. l. p. 26 sq.; 28—31 (Auszug der Instruktion bei v. Druffel, Beitr. zur Reichsgesch. [Briefe u. Akten I] S. 711 f., nr. 716). Der königliche Sekretär Joh. Jordanus schickte die Aktenstücke am 17. nach S. Veit (Hs. l. l. p. 25), von wo aber Nausea schon abgereist war.

rumor est quod per universam Hungariam crudelius sevient quam antea nunquam.

Ex Laureaco 19 augusti anno salutis 1551.

218. Nausea an K. Ferdinand: Reise zum Konzil. Regengüsse und Überschwemmungen. Ankunft in Salzburg; Rast. Besuch beim Erzbischof. Angebliche Friedenssehnsucht des Türken. Vom Konzil. Der Krieg um Parma. 1551 August 22 Salzburg.

Aus cod. 106 pag. 32—34.

Invictissime rex, domine clementissime. postquam ex Laureaco, vulgo Ens nuncupato, unde brevissimas ad sacratissimam Majestatem Tuam humillime de successu meo dedi litteras, discessi, sic passim usque in hunc hodiernum diem tribus totis diebus totidemque noctibus continuo densissimeque pluit, ut ubique locorum ad morem particularis alicujus diluvii sic longe lateque omnes aquae, fluvii, torrentes fluminaque inondarunt seque dilatant, ut omnes viae, stratae et itinera, imo omnes valles de monte ad montem aquis usque adeo differtae esse coeperint, ut nemo nisi summa cum difficultate nec pedester nec equester transire quiverit; ac inde factum ut haud pauci ex inundatione aquarum perire coeperint egoque una cum meis familiaribus et equis rebusque meis omnibus una nimirum die ter in discrimine mortis ac vitae propter eandem horrendam aquarum inundationem fuerim, nec nisi solius Dei omnipotentis et clementissimi praesidio misericorditer adjutus, vita quidem comite, hodie, circiter horam octavam, non sine maxima difficultate, huc — Salisburgum scilicet — adplicui, hoc nimirum animo, ut statim iter meum propositum, non obstantibus tot vitae rerum mearum dispendiis et periculis, Enispontem versus sumerem. quia vero plerique omnes, quotquot equidem de mea profectioe et de viarum nostrarum ac itinerum conditione sciscitatus sum et consului, modis omnibus meum hodierna hinc die discessum dissuaserunt, nisi mihimet ipsi mortem conscire vitamque cum morte motu proprio commutare Deumque frustra tentare vellem: ego igitur quum illos sinceriter, amice monere me sentirem, non potui, nec meo quidem iudicio debui, eorum suasionem et admonitionem, quantumvis contra meam voluntatem, non sequi. sequutus ideo consilium et suasum illorum, statui hoc die hic pernoctare crasque (Deo volente) officio sanctae missae audito hinc vel quamlibet magnis ingruentibus aëris et coeli tempestatibus Oenipontem versus iter meum arripere et quoad potero prosequi.

Ne autem vel incivis vel rusticus videri poterim, si tacitus

hinc R^{mo} domino Salisburgensi archiepiscopo ¹ praeterito et insalutato abirem, accessi R^{mam} ejus Dominationem salutatum eamque vel Sacratissimae Majestatis Tuae regiae nomine ea qua potui reverentia salutavi. . . .

Quum autem R^{mam} ipsius Dominationem quidnam de Turcis haberet aut audiret quaererem, respondens ait, non aliud quam quod quidam mercator ex Augusta sibi scripsisset Turcam sibi plus timere quam nos ipsi nobis formidaremus, quodque is cuperet ex animo pacem et quietem esse cum . . . regia Vestra Majestate. quam sit hoc ipsum verum, non facile dixerim.

De concilio quum quaererem, respondit se credere nihil aut parum fructus inde futurum esse fortasseque illud suum progressum minime habiturum, quum paucissimi adhuc illuc accessissent paucique posthac adventuri sint, seque ob id non missurum quemquam nisi quid certius intelligat. accidit autem, quum a R^{ma} sua Dominatione post satis prolixum colloquium egrederer, obviam mihi factus est mercator quidam, dicens R^{mos} dominos archiepiscopos . . . Moguntinensem et Trevirensen² paucos ante dies Oenipontem transiisse Tridentum [versus] cum quadraginta equis et quattuor curribus, quos non multo post sequiturus est R^{mus} dominus Herbiopolensis ³. retulit is insuper nomine sacratissimae Majestatis Imperialis Tridenti esse generosum comitem a Montfort cum quibusdam aliis. de bello autem Parmensi nihil certi audio, nisi quia traduntur fore qui sint conaturi concordiam facere inter Caesarem et regem Gallorum. . . .

Ex Salisburga 22 augusti 1551.

219. Nausea an K. Ferdinand: Gefährvolle Reise bis Innsbruck; Absicht in jedem Falle am 1. September nach Trient zu kommen, wenschon wahrscheinlich ohne den Bischof von Agram, der nichts von sich hören läßt. 1551 August 27 Innsbruck.

Aus cod. 106 pag. 35—36.

Jamjam . . . huc, Oenipontem videlicet, vita comite adplicui, Deo misericordissimo gratias habens et agens multo maximas quod ejus misericordiae omnipotentiae ex tot hactenus ac tantis ereptis sum periculis, quot et quantas in nulla unquam profectioe vel peregrinatione, quantumvis difficili, perpessus sum, tum propter horribiles et valde perniciosas aquarum, fluminum torrentiumque impetuosissimas inundationes, tum deinde propter itinera ubique scissa, lacerata et fracta et pontes impetu aquarum destructos et alicubi prorsus ablatos. unde non sine magno meo

1) Herzog Ernst von Baiern.

2) Sebastian von Heusenstamm und Johann V. von Isenburg.

3) Melchior Zobel.

et meorum detrimento totidem dietas quot decreveram facere nequaquam valui, quum quandoque duabus vel pluribus horis una cum meis familiaribus haud citra summam molestiam ad reparationem viarum et pontium praeter omnem nostram voluntatem expectare coactus sum. addo quod ultra decem Rhenenses aureos in laboratores, refectores et ductores viarum, sine quibus nullo modo progredi potuissem, expenderim, hoc duntaxat animo ut metam comparitionis in Tridento per ... Majestatem Tuam mihi serio praefixam attingere possem. faxit Deus ille optimus maximus ut vel posthac die praefixo illuc venire queam, quo ut debito tempore venire possim, nullis quidem parcam laboribus, sed eo omnes meos et nervos et conatus extendam, ut quod firmiter constitui perficiam, satisfactorius ex parte saltem mandato et jussui ... Majestatis Tuae, cui me debere fateor et recognosco quidquid sum, habeo et possum. de ipso autem R^{mo} domino episcopo Sagrabiensi collega meo dilectissimo non est quod scribam, quum ipsum interea temporis nec viderim nec de eo quicquam audiverim, nec puto illum a me Bulseti¹ exspectandum, quum aliqui prima septembris Tridentum pervenire mihi (judicio omnium) possibile sit minime. functurus sum igitur, quando illuc pervenero, utriusque nostrum offitio, donec ille ad me venerit, id quod Sacratissimae Majestati Tuae placere bene confido².

Quod reliquum acciderit et hic ob festinationem omisi, scripturus sum fideliter ex Tridento, ubi illuc venero.

Ex Oeniponte 27 augusti anno 51.

220. Nausea an K. Ferdinand: das Schreiben des letzteren inbetreff des Bischofs von Agram. Dessen Ausbleiben; Nausea allein nach Trient gereist. Meldung bei Legaten und Präsiden, sowie bei den kaiserlichen Vertretern. Anweisung seines Platzes. Kongregation beim Legaten und erste Session des Konzils. Verlauf; der französische Protest. Anberaumung der zweiten Session. Der Krieg um Parma. Nachrichten vom Türken. 1551 September 2 Trient.

Aus cod. 106 pag. 38—41.

Erhielt gestern, da er mit etwa 37 Prälaten die Konzilspräsidenten³ von der ersten⁴ Session des Konzils nach Hause

1) Bozen (ital. Bolzano).

3) Schon am 19. August auf eine Anfrage Nauseas vom 17. (aus S. Veit), hatte Ferdinand entschieden, dafs, wenn der Bischof von Agram zögere, Nausea allein weiterreisen möge. l. l. p. 37 (36).

3) Als Legat des Konzils fungierte der Kardinal Marcello Crescenzio, dem als „Präsident“ der Erzbischof von Sipont, Sebastiano Pighino, und der Bischof von Verona, Aluigi Lippomano, beigegeben waren.

4) Vielmehr der zweiten (oder — von Anfang an gerechnet — zwölften) Session, s. Theiner I, p. 486.

begleitete, durch den veredarius sive postarius die Antwort des Königs auf seine Bitte um Verhaltungsmaßregeln für den Fall des Ausbleibens des Bischofs von Agram. Freut sich, im Sinne des Königs gehandelt zu haben: quum enim ex Oeniponte Brixinam deindeque Bülsetum veni et post diligentem de transitu utrobique ejusdem episcopi SAGRABIENSIS inquisitionem factam reperire ipsum non potui, appropinquaretque dies augusti ultima, sic ulterius inde meum maturavi Tridentum versus iter ut post multas itineris mei difficultates animi fortitudine superatas adjutorio Dei omnipotentis, quantumvis supra modum toto corpore delassatus, Tridentum una cum meis salvus veni penultima augusti die, quae tum fuit dies dominica, circiter horam ejus diei septimam pomeridianam, quum priore die, scilicet sabbatho, mane circiter horam septimam archiepiscopi Moguntinensis et Trevirensis, principes electores, ambo simul ingressi fuerunt.

Am 31. besuchte er die Legaten, Praesiden und Kommissare des Konzils insgemein und einzeln, überreichte seine Beglaubigung und sein Mandat und that sein Anbringen auf Grund der Instruktion, laut beigeihendem Aktenstück ¹.

Quibus ad hanc seriem fideliter et diligenter dictis et actis, unico dein progressu accessi clarissimos inclytae Caesareae Majestatis oratores et commissarios, qui sunt generosus dominus ex comitibus a Montfort ² et dominus Franciscus de Toletto, ambo viri singulares et, ut sentio, ad tantum negotium percommode seorsim conveni, salutavi eisque quod ex parte eorum Ser^{ma} Majestas Tua in instructione sua mihi injunxit exposui et articulum ex instructione ipsos concernentem scripto tradidi, qui mihi futuroque meo collegae omnem suam operam benigne polliciti sunt, communicaturi si quae occurrerint in concilio tractanda vicissitudine quadam singula et universa nobiscum. id quod collega meus et ego diligenter faciemus.

Accidit deinde ut ea, ultima scilicet augusti, die satis sero habita sit a praelatis in aedibus R^{mi} domini cardinalis legati apostolici congregatio, cui suasu praesidentium non interfui, in qua consensu omnium et concorditer assignatus est mihi, etiam nescienti nec petenti, pro dignitate Tuae Majestatis proximus post Caesaris oratores in eundo et sedendo locus, quem et sine cujuscunque contradictione (siquidem mirum est quam amice et amanter se mihi omnes, tam Hispani quam Itali, exhibent et quantam mihi praeter merita mea observantiam deferant quotidieque me visitent) obtinui in prima quidem solemnibus sessione, quae juxta

1) Findet sich abschriftlich im gleichen Kodex p. 41—47.

2) Graf Hugo von Monfort.

indictionem priorem habita est hesternae die, quae fuit prima septembris hujus mensis.

Heri quidem circiter horam majoris horologii duodecimam mane facta est omnium episcoporum et praelatorum, quorum pro circumstantiis temporum, rerum et personarum satis magna fuit copia, major (ut existimo) quotidie futura, in domo R^{mi} domini cardinalis legati, viri doctissimi et gravissimi (nomine Marcellus Crescentius) congregatio et inde ad templum cathedrale, locum scilicet concilii, binorum ac binorum cum humilitate conjuncta processio. quo quum pervenissent omnes praelati, praesentibus etiam multis aliis, illic decantari coepta est solemniter missa de sancto spiritu, quam celebravit R^{mus} dominus archiepiscopus ex Sardinia insula Hispanus¹, vir senio confectus totusque canus, vocalis² et devotus cum suis et altaris ministris. missa finita habita est ex libello scripto a concilii secretario³ gravis et elegans de hujus sacri Tridentini concilii necessitate et utilitate idque genus rebus aliis [oratio], quae fortasse mihi brevi dabitur transcribenda. qua quidem oratione dicta, deinde per ipsum misantem concilii decretum ex ambone publicitus lectum est ac postea viritim per concilii secretarium ab omnibus interrogatum an id ipsum placeret. placuit denique omnibus. qualem vero protestationem ad finem sessionis nomine regis Gallorum quidam ipsius secretarius fecerit, Ser^{ma} Regia Tua Majestas ex hac illius copia, quam transmittendam duxi, dubio procul intelliget⁴. fuit autem ingens inter patres concertatio de admissione protestantis et lectione litterarum, quas idem secretarius manu regis subscriptas et sigillatas attulit, siquidem suprascriptio earumdem litterarum patribus fuerit quasi contumeliosa et injuriosa, quum ipsum sacrum concilium Tridentinum insolito hoc casu et inusitato vocabulo conventum, non autem concilium, et in litteris⁵ in frontispicio vocaret ipsum non concilium, sed consessum. post longam tamen patrum concertationem, quae mihi sicut ad rem nihil faciens et plane odiosa non admodum placuit, cum protestatione patrum lectae sunt litterae, quae, nisi fallor, magis captiosae quam impiae sunt. porro quia ex aliquot causis secunda sessio ex decreto assignata est ad undecimam diem proxime futuram octobris habenda, dilata est ad eum diem danda ad regias litteras responsio. . . .

De bello Parmensi non aliud intelligo quam quod speratur aliquam fore concordiam per R^{mos} dominos cardinales. quod vero

1) Balthasar de Heredia, Erzbischof von Cagliari (s. Theiner l. 1.).

2) So!

3) Angelo Massarelli, vgl. unten nr. 227.

4) Gedruckt Raynaldus 1551, §§ 30 sqq.

5) So? Kod. his.

attinet ad hostes truculentissimos Turcas, rumor est hic constans quod, expugnatis per ipsos in dominio Rodisiorum civitatibus aliquot ac millibus aliquot hominum crudeliter trucidatis, coeperint tandem oppugnare civitatem Aphricam. faxit Deus ut is rumor sit ac fiat vanus. . . .

Tridenti ex aedibus Erasmi Strenbergii hospiciolo meo anno salutis 1551. 2 septembris ¹.

221. Nausea an K. Ferdinand: Ankunft des Bischofs von Agram. Diskussion über die Eucharistie. Zweifel, ob das Konzil seiner Aufgabe gerecht werden werde. Gründe seiner Skepsis. Die Zeitlage; Bedrängnisse des Kaisers. 1551 September 10 Trient.

Aus cod. 106 p. 55—56, 58—59.

... Nolim Tuam Majestatem latere ... Zagrabiensem episcopum nudius quintus, die videlicet dominica proxime praeterita ², tandem huc incolumem applicuisse seque pariter, me comitante, R^{mo} domino cardinali apostolico legato duobusque coeteris praesidentibus, et deinde oratoribus Caesareis pro more praesentasse seque recte gessisse nec quicquam quod [ad] Regiae Tuae Majestatis honorem et ad utriusque nostrum commendationem esse potuit, obmisisse. qui vicissim, legati videlicet ac oratores, se suaque studia nobis omnia satis humaniter polliciti sunt. qua quidem praesentatione facta, coepit ³ ... a doctoribus praesente synodo haberi juxta dominorum praesidentium commissionem discussio dissertatioque articulorum super negotio sacrosanctae eucharistiae in proxime praeterita sessione propositorum, veluti Regia Tua Majestas ex hic introclusa scheda videre dignabitur ⁴. jam

1) Ein Brief Nauseas vom 3. September an den Abt Wolfgang von Kempten, der im übrigen nichts neues enthält, hat folgenden Schlufs: „sperarem equidem de felici hujus concilii successu, si non usque adeo sessiones differentur. ego autem nullam aliam hic habeo nec voluptatem nec hilaritatem et consolationem, nisi quam capio longe maximam ex laetabunda tot tantorumque episcoporum et praelatorum me ex catholicis meis scriptis cognoscentium visitatione, utpote qui in magna frequentia quotidie non me solum reverenter, sed amantissime visitant et veluti numen quoddam, praeter merita mea, quae nulla fuerunt unquam, venerantur et observant. qua de re sinam alios judicare.“ Wenn Neues vorliegt, wird er, soweit seine Zeit es erlaubt, abermals schreiben, „nec dubium quin brevi hinc inde novas res plane multas habituri simus“ (l. l. p. 54sq.).

2) 5. September.

3) Das Nächstfolgende ist in der Handschrift unverständlich; es scheint eine Verschiebung der Satztheile stattgefunden zu haben.

4) Es folgt unmittelbar p. 56—57 (zwischen Anfang und Ende des Briefes eingeschoben): „Articuli de sacramento eucharistiae per dominos theologos examinandi an sint haeretici, et per s^{tam} synodum damnandi

vero, tametsi series et modus ejusdem dissertationis mihi plurimum arrideant multoque magis placeant ex variis nationibus congregati doctores ipsi disserentes et disputantes ob admirandam eorum pro sancta nostra catholica fide et religione pietatem, doctrinam, eruditionem, facundiam, eloquentiam, modestiam, vehementiam, magnanimitatem, constantiam, prudentiam, industriam et hoc genus alias multiplices dotes, virtutes, artes, disciplinas et facultates, hanc tamen Tridentinam, et eam quidem oecumenicam synodum videre mihi propemodum videor vel legitime non progressuram vel certe parum foeliciter aut fructuose successuram aut uti quemdam vaporem disparituram, evanituram et frustra sine vera tandem conclusione desituram et cessaturam. quod ut ita eventurum suspicor, causae sunt aliquot haud omnino contemnendae: in primis quod sessiones temporis interstitio nimium prolixo differuntur videnturque nonnulli ludum quemdam, quasi praetextu quodam, non autem serio agere. deinde quod non adsunt in hoc concilio quorum interest adesse, quamlibet catholici. accedit quia nec adversarii compareant, qui hanc ob causam quidquid quantumvis bene beateque decerneretur aut definiretur a tam pusillo conventu, qui tamen oecumenicum concilium esse debet dicique soleat, ludibrio sint habituri totum. deinceps, quia tametsi longe plures sint posthac venturi quam facile non crediderim, civitas haec Tridentina nec capax multorum hominum esse, nec penes se quibus in loco conciliari opus est, habere possit, cum nec in praesentia habeat illa, et quidem maxime quod nunc nunc in foro sint carissimo omnia. insuper quoniam nunc sibi passim bella et proelia (Deo, peccatis ita nostris exigentibus, justo quidem suo juditio permittente) subtile subdolumque initium quottidie magis ac magis desimunt ¹, quae (sic enim augurari cogor) ita ubique locorum et terrarum succedente, utpote vernali et estivo tempore, cumulatim simulque turmatim ingruent et invalescent, ut irretitis et implicatis tanta nusquam non bellorum et praeliorum inundantia principibus et potentatibus vix ex eis fuerit reperiendus qui vel concilium sit protecturus vel quod in eo, quantumvis bene, decisum fuerit, etiam apud suos exequeturus. id quod dubio procul quisque rerum providus ex rebus retroactis in Germania fore sibi facile persuadebit. ad hoc autem totum ut ita futurum credam, me cogit inter complura alia primum conjectura quam capio ex his de quibus modo rumor est et apud nos clandestinus. siquidem perhibeant filiam gloriosissimi nostri

[10 Artikel. Inc.: in eucharistia non esse revera . . . Expl. 10. solam fidem esse sufficientem — communicandum in paschate]; dann: „Modus servandus a dominis theologis in pronuntiandis sententiis“ [Inc.: Sententiae per theologos dicendae deducantur . . . Expl.: et legere omnes libros prohibitos]; hierauf die Fortsetzung des Briefes an den König. 1) So?

imperatoris, conjugem videlicet istius Octavii Farnesii, prae nimio moerore mortem obiisse ¹, Turcas per mare perque terram (et per universam inprimis Ungariam) se multiplicare seviendoque invalescere perque Italiam a Venetis petere transitum ad succurrendum Gallis apud Pedemontanos depugnantibus, qui nostro optimo imperatori multas, et eas quidem maximas, in mari classes interceptisse nonnullaque Caesareana loca apud Flandros et Germanos inferiores alios occupasse [dicuntur], scripsisseque propterea Imperialem Majestatem (quae nunc ob hanc exortam tragediam illuc ex Vindelicis ² descensura sit) ad San^{mum} Dominum Nostrum, ut ipse obsidionem Parmensem solvat et ab ea exercitum in Flandriam transmittat, atque hoc ipsum ³ pontificem maximum, quia totus exhaustus sit summaque nervorum belli penuria laboret, sua sponte fecisse, inolescereque propterea in Italia Gallizantes apud Mirandulam a parte Galliae regis stantes contra Caesareanos usque adeo ut vel Insubres ab imperatore defectionem meditentur. sed quid ego vermiculus de rebus tam arduis et forte quam murmurant secus habentibus scribo? cum quicquid harum sit et id genus aliarum rerum, nemini possit esse nocius et exploratius quam Ser^{mae} Tuae Majestati, quae dignabitur, supplex oro, mihi veniam dare, si paulo sim vel diligentior vel obedientior vel curiosior admonitor, et quidem maxime, quod aliquoties ex verisimilibus et consulere et providere nobis valeamus. haec enim de quibus hucusque praescripsi, quantumvis ex parte fortassis haud adeo certa, scribere visum est, ut si ita se haberent illa ⁴, hanc in hac Tridentina civitate pusillam planeque imperfectam synodum nihil effecturam quam nobis oleum et operam non sine magno nostri rerumque nostrarum omnium jactura perdituram sumptusque nostros plane frustra consumpturam expensasque prorsus inutiles facturam, quemadmodum Tua Majestas pro admirabili sua prudentia sine dubio facile colligere [potest], quae pro voto suo contra quoscumque suos inimicos semper magis ac magis magnanimiter, foeliciter invictissimeque valeat, mei, devotissimi sui sacellani, in suo beneplacito gratiose memor.

Ex Tridento decima septembris anno salutis humanae 1551.

222. Nausea an K. Ferdinand: dessen Befehl wegen Abgabe seiner Pferde. Ein Unfall beim Druck genannter Schriften Nauseas in Mainz; Bitte um einmonatlichen Urlaub dorthin. Art des Verhandeln am Konzil: Vorberatung durch die Theologen. 1551 September 21 Trient.

1) Dafs das Gerücht vom Tode Margarethens von Parma unbegründet war, braucht nicht gesagt zu werden. 2) D. i. Augsburg.

3) Nämlich die Aufhebung der Belagerung von Parma.

4) Hier fehlt cognoscatur oder ähnliches.

Aus cod. 106 p. 65—68.

Litteras quas . . . Tua Majestas pro sua heroica humilitate propter equos meos isthuc remittendos ad me dari dignata est, pridie ea qua potui reverentia recepi sacratissimaeque Majestatis Tuae jussui paucis ante diebus antequam ipsius recepi litteras satisfeci, utpote quod eos equos per Danubium transmisi, dubitans autem valde an ejusmodi equi, propter parvitatem et debilitatem, rebus bellicis apti sint vel non . . . quodsi ¹ isti non valuerint, dedi quoad potui meis isthic familiaribus consilium in hac re quid putem illis faciendum, ut nulla in me sit infuturum necessitate cogente defectus, confidens eos id quod dedi consilium vel aliud melius (si poterunt ipsi melius excogitare) omnino sequuturos.

Sed, clementissime domine, aliud etiam est quod nunc supra quam dici potest diu noctuque angit et excruciat, quod ego expedire poteram, si paulo longius tempus ante meum isthinc discessum, uti speraveram, habuissem. quia vero tum fuit meus isthinc discessus subitaneus, non potui perficere quod maxime volui. coeterum, inquit Majestas Tua, quid isthinc est? audire dignetur ipsa, humillime precor, patienter. ego, clementissime rex, transacto anno dedi cuidam typographo Moguntiae pro dimidio mearum persolvendarum impensarum ad correcte adcurateque imprimendum tres libros meos de consummatione seculi ², itemque tres meos libros de extremo judicio ³ meosque insuper in librum Judith commentarios ⁴, per me omnes in maxima frequentia cum devotissima omnium hominum auditione diligentissime, fidelissime et laboriosissime in ecclesia mea Viennensi praedicatos, committens eidem impressori ut omnino eos ita mature imprimeret ut ad hasce quae nunc sunt Francfordiae apud Menum nundinas, ad tot et tantas Catholicorum, maxime presbyterorum, obsecrationes et instantias in lucem emendate prodirent; atque ego illum sic omnino facturum confidens curavi nuper per quemdam sollicitari illum et rogari, numquid suo promisso et mihi de libris meis imprimendis satisfecisset; respondit is lamentabiliter sollicitatori meo quod ipse etiam in suum magnum damnum nec mihi nec suo promisso satisfacere potuerit, propterea quum compositorum dissolvissent exemplaria originalia meorum librorum manibus meis scriptorum, nescitur quo casu multi quaterniones et sexterniones fo-

1) Kod. qui si.

2) Im Lucubrationum Catalogus am Ende der Ausgabe der Epistolae miscellaneae ist von 5 Büchern de c. s. die Rede; Metzner S. 72 kennt einen Kölner Druck von 1555 in 4 Büchern.

3) Luc. Cat. p. 497: De novissima hujus seculi die deque supremo ejus judicio libri III; vgl. Metzner S. 72 f.

4) Lib. I enarrationum in librum Judith. Metzner S. 71, 1.

liorum, nullis ad ¹ cifferis signatorum sic hinc inde citra ordinem confuse et promiscue fuissent distracti et dispersi ut nemo posset eos in suum locum et numerum certum recolligere, digerere et reponere, nisi ego ipse adessem, id quod ego non illibenter crediderim. quum autem, clementissime rex, eos ipse libros et commentarios, quorum non habeo penes me alia exemplaria, multis et magnis certe laboribus et sudoribus collegerim, scripserim et praedicaverim (sicut omnes Viennae testantur) et eos libros et commentarios plerique omnes impressos habere cupiunt et optant, atque dicunt eos hisce et futuris bellorum et praeliorum temporibus ad hominum alioqui pusilanimorum consolationem et confortationem non solum valde proficuos, sed et per universam Hungariam, Boemiam, Austriam, Bavariam, Silesiam, Moraviam et per alias nationes summe, et praesertim plebanis et praedicatoribus, fore plurimum necessarios, et videatur mihi futurum in pacem, salutem et tranquillitatem reipublicae christianae ut praefati libri et commentarii magna ex parte meis quidem impensis excuderentur et in lucem proferrentur; sine tamen mea praesentia nec ordinari rursus et excudi possunt, egoque nolim sine gratioso Majestatis Tuae scitu et consensu, etiam ad paucos duntaxat dies, hinc abesse: visum est mihi in rem fore ut ipse Majestatem Tuam hac de re profecto magni momenti humiliter certiozem facerem. ea propter, clementissime domine et rex, modis quidem omnibus oro et obsecro ut cum gratioso Majestatis Tuae consensu hinc mihi liceat more postario cum duobus tantum familiaribus ad unicum saltem mensem Moguntiam descendere et rem tam piam, tam christianam, tam salutarem tamque cunctis hoc et futuro tempore necessariam personaliter perficere. id quod Majestatem Tuam vel ideo mihi spero gratiose concessuram quod concilium hoc Tridentinum mea absentia ² tantillo tempore bene poterit carere, quum in eo tempore doctores duntaxat singulis diebus a prandio inter se disputant et discutiunt articulos sibi de quibusdam heresibus et erroribus a praesidentibus propositos, quorum disputationes et discussiones plerumque durant ad mensem, et dein intra triduum vel quadriduum post finitas illorum discussiones et disputationes offeruntur articuli disputati episcopis in concilio sedentibus ut et ipsi eos discutiunt et deinde singuli super singulis articulis suam dicant sententiam, prout nunc quotidie fieri solet, usque ad proximam sessionem, quae erit undecima octobris, in qua legetur decretum, quod collectum est ex votis et sententiis omnium episcoporum super omnibus articulis disputatis. quod ubi factum fuerit, rursus disputabitur toto quidem mense et fortassis diutius super aliis articulis, quorum exempla plerique episcopi recipiunt,

1) Zu lesen: autem? 2) So!

et se (cum scitu tamen et consensu R^{morum} dominorum legatorum et praesidentium) conferunt quocunque voluerint et redire solent adpropinquante alia sessione, ut ante ipsam suas dicant sententias. in eo igitur ego tantillo tempore quo vacant episcopi, utiliter et sine omnium damno possem me ad impressionem meorum librorum conferre et expeditis illic non tam meis, quam publicis in salutem totius ecclesiae rebus, intra triduum Deo volente cum articulis mihi propositis et per me in itinere discussis, debito tempore huc sine dubitatione reverti vellem et possem¹. quum proinde, sacratissime rex, ita res habet, dignetur [permittere], supplicem oro, me propter commune bonum tam paucos hinc dies abesse...².

Ex Tridento 21 septembris anno salutis 1551.

223. Nausea an Abt Wolfgang von Kempten: Bitte ihm zu der ihm versprochenen Besoldung zu verhelfen. Ankunft von Löwener Theologen am Konzil. 1551 September 22: Trient.

Aus cod. 106 pag. 70sq.

Entschuldigung wegen Nichtschreibens. est autem in praesentia quod ad R^{mam} D. T. necessario sane scribo, nempe hoc ipsum quod pridem scripsissem, nisi plane nihil de eo quod mihi promissum est dubitassem. regia certe fide sacratissima Regia Majestas mihi Viennae discedenti se singulis mensibus, donec hic essem, ratione salarii daturum centum coronatos (quamquam totidem in tanta hic rerum omnium penuria et caritate nequaquam sufficient), quos hic in hoc mense, qui nunc propemodum transiit, indubie ex regia sua camera Oenipontis recepturus sim. ipse vero expectans eousque expectavi quousque non habeo unde hic in tot tantisque meis quotidianis laboribus et sudoribus cum meis familiaribus diutius sustentari valeam, nec est ad quem prae rubore in hac mea necessitate confugiam praeter R^{mam} D. T., quam summopere rogo et obsecro quatenus ipsa nomine Regiae Majestatis tantum apud eos, quorum interest, cooperari velit ut in sustentationem meam maxime necessariam tempore quoque primo praefati promissi centum coronati citra meam jacturam, quam alioqui absens ab episcopatu meo multiplicem patior, connumerentur. quod ubi fecerit (prout

1) So!

2) Der König entschied am 4. Oktober (l. l. p. 92sq.), dem Gesuche Nauseas könne nicht stattgegeben werden, da dieser als sein Vordneter stets zur Stelle sein müsse; auch würde es einen bedenklichen Präzedenzfall abgeben und könnte falsche Gerüchte inbetreff der Stellung des Königs zum Konzil hervorrufen. Er wolle aber erlauben, daß Nausea einen seiner Diener nach Mainz schicke, um die Manuskripte zu holen, die Nausea dann in Trient in Ordnung bringen und von dort dem Drucker wieder zuschicken möge.

ego ipsam certo facturam crediderim), faciet et regi nostro clementissimo et mihi quoque indigenti rem multo gratissimam summeque necessariam, a me modis omnibus, sicubi facultas fuerit, componendam.

In praesentia nihil est rerum novarum quod apud vos (ut opinor) non esset notissimum, nisi quia heri theologi Lovanienses, quorum duodecim sunt, huc disputaturi advenerint. quid autem in proxima sessione, quae Deo volente die 11 octobris erit, usu venerit, ipse non celaturus sum R^{mam} D. T., quae pro voto foelicissime valeat et suo me responso non dedignetur oro, ut statuere possim quid posthac faciendum sit mihi.

Ex Tridento 22 septembris anno salutis 1551 ¹.

224. Nausea an Kardinal Christof Madruzzo, Bischof von Trient: überreicht ihm seinen Liber Sylvarum Synodalium. 1551 Oktober 5 Trient.

Aus cod. 106 pag. 76sq.

R^{me} doctor, amplissime princeps ac domine clementissime. quum tot ac tantis hucusque testimoniis et argumentis exquisitissimam R^{mae} T. A. prudentiam, sapientiam, doctrinam, dexteritatem et singularem quandam pro republica christiana restituenda, conservanda, augenda curam et sollicitudinem et admirandam praeterea quandam ipsius erga me prorsus immeritum et immerentem non modo benevolentiam, sed multiplicem quoque beneficentiam expertus sim quotidieque magis ac magis experiar, videamque insuper R^{mam} T. A. ita facile supremam hujus oecumenicae in hac ejusdem Tuae Celsitudinis Tridentina civitate synodi sollicitudinem et curam tenere, ut ipsa nec velit nec possit infimorum etiam negligere quod ab eis ad eandem synodum quoquo modo promovendam offertur, in causa nimirum est quod perfricta quasi fronte non erubescam, sed quasi audaculus ausim hic R^{mae} D. T. mittere usui et lectui librum mearum sylvarum synodalium, quem multis ante

1) In der nämlichen Angelegenheit schrieb Nausea, da ihm inzwischen kein Geld noch Bescheid zugekommen, am 1. Oktober an den König mit Erwähnung, daß er quotidie ferne ex calculo colicaque passione gequält werde. Er wolle, heißt es am Schluß, lieber und mit mehr Nutzen in Wien bei seiner Herde sein, zumal da er aus vielen Gründen nicht glaube quod multum boni in hac Tridentina synodo nimum segniter testudineoque gradu procedente expediri valeat (l. l. pars 2 pag. 53; ib. p. 1 pag. 77sq. gleichzeitig an Andreas Wagner zur Unterstützung des an den König gerichteten Gesuchs. Hier heißt es, das Konzil sei dermassen gestalt daz uns bedunkt es were besser daz es nie angefangen werde, dan zue besorgen es werde langsam ausgehen und villicht endlich nicht vill guetzts bringen und schaffen). Am 4. Oktober schrieb dann Nausea nochmals in der Geldangelegenheit an den Abt von Kempten: ib. pag. 71.

annis ¹, ad instantiam Ser^{mi} mei regis, successivis quibusdam horis haud secus efformavi atque speculum quoddam, in quo quilibet qui suam fructuose operam et opem in hac Tridentina synodo ad vere reformandam ecclesiam navare contendit, videre non obscure possit quibus ad veram in ecclesia reformationem, tam quoad fidem et religionem quam quoad mores, opus sit considerationibus et deliberationibus ². quidquid igitur hujus meae est missionis et oblationis, propterea R^{mae} T. Celsⁿⁱ supplex offero, ut si quandoque sibi vacaverit pro loco et tempore, non aliter atque monitorem et sollicitatorem quendam saltem per transsennam quasi aliud agens legere, non autem contemnere dignetur, memor utique nullum esse librum adeo malum qui non aliqua sui parte prodesse possit: ejusmodi forte malus iste liber meus erit, quem secretissime usque ad solitam restitutionem meque cum ipso humillime commendo R^{mae} et Ill^{mae} D. T.

Ex hospitio meo Tridentino 5 octobris 1551.

225. Nausea an K. Ferdinand: Votierung über den Artikel der Kommunion unter beiderlei Gestalt. Motivierung des Votums Nauseas. Aufschub der Entscheidung bis zum Kommen der Protestanten. Antwort des Konzils an K. Heinrich II. von Frankreich. Wiederholtes Urlaubsgesuch. 1551 Oktober 7 Trient.

Aus cod. 106 pag. 72—74.

... Sacr^{mae} Regiae Majestati Vestrae pro meliore omnium antea scriptorum informatione hisce cum litteris transmittit quid ego inter alios hujus concilii praelatos, uti Saul inter prophetas, super discussis et tanto tempore disputatis articulis pro voto suffragioque meo de verbo ad verbum dixerim ³, perinde interloquutus fuerim, plurimum optans Majestati Vestrae placitum quidquid bona fide puraque conscientia interloquutus sum.

Quod vero super articulo de communione utriusque speciei praeter alios omnes paulo longior et in dicendo sententiam meam paulo liberior fuerim, in causa tum certe fuit inevitabilis necessitas, qua vel in hoc usque tempus non Germania tantum, sed et Boëmia et Hungaria fortasseque aliae nationes miserabiliter praemuntur, vexantur et affliguntur, tum quod ego tamquam coeteris tumultuosae

1) In der Handschrift ist annis getilgt und durch das sinnlose amicis ersetzt.

2) Über die Sylvae synodales des Nausea vgl. Wiedemann, Geschichte der Ref. und Gegenref. im Lande unter der Enns I (1879), S. 228 Anm. 1 und Metzner S. 77 f. Bereits 1543 hatte Nausea das Werk dem damaligen Papst Paul III. zugeeignet.

3) Findet sich in unserer Handschrift Pars I p. 170sq.; vgl. Theiner Acta I p. 522.

passim super hoc de utraque specie articulo controversiae, sicuti schismaticis et Protestantibus loci distantia propinquior, ita et certior et expertior hoc propemodum facere coactus fuerim, quum alioquin plerique fere omnes omnino theologi et praelati sicco pede eum ipsum de communione utriusque speciei articulum, quasi parvi, cum sit profecto apud omnes et schismaticos et catholicos maximi momenti, transivissent, quos tamen hac ipsa pia mea interlocutione sic permovi et devotione quodammodo inflammavi ut plerosque omnes ferme episcopos doctiores et prudentiores, qui post me dixerunt (soleo enim inter primos statimque post electores vota praeberere et suffragari, id quod mihi certe non minus est periculosum quam difficile, praesertim cum Caesarei oratores vota dare nec quidquam dicere soleant, utpote ab omni labore liberi) ita in meam sententiam traxerim, ut canon super eo articulo (fortassis, uti dicitur, ad sacratissimae Caesareae Majestatis instantiam) et meo quidem iudicio prudentissime, dilatus et suspensus est usque ad diem sancti Pauli conversionis, quae dies est 25 januarii, ad quem quidem diem, ad ejusdem sacrae Caesareae Majestatis mandatum, venturos huc confidimus Protestantium procuratores, nescio quid vel boni vel mali acturos, quibus ob id haec sancta synodus Tridentina salvum accessus et discessus conductum promittit. quorum gratia tamdiu differtur terminus, usque videlicet ad diem 25 januarii, quum interim nulla plane futura sit sessio, quam quae proxima erit, Deo favente, die scilicet hujus mensis undecima, quemadmodum pridem Sac^{mae} M. V. significavi humillime. Deus optimus maximus eorum introitum et exitum custodiat.

Estque hesternae die circa horam 21 pomeridianam lecta publice responsio ¹, sed nulli nostrum ejus copia communicata, ad litteras regis Galliae ornatissima suisque numeris absolutissima, qua semotis per aliquot rationes causis ob quas idem rex nuper praetenderat se suos ad hoc concilium praelatos et episcopos etc. mittere non posse, submotis et rejectis omnibus causationibus, quae legitimae non sunt, petit ipsum concilium summopere, ut nec gravetur nec dedignetur suos ad hoc tam necessarium concilium et (uti bene speratur) toti christianae reipublicae ad ejus unitatem et pacem maxime profuturum, mittere. in summa sic illi responsum est pie, elementer, misericorditer, graviter et prudenter, ut (nisi sit ipse plane ferreus et saxeus) vel coacta ejus voluntate missurus sit ipse suos huc praelatos. si possibile fuerit adipisci copiam responsonis, adnitar modis omnibus ut Regia Majestas Vestra habeat.

Mitto etiam hic Majestati Vestrae canones hujus synodi ex articulis longo tempore disputatis per deputatos una cum mea

1) Rayn 1551 §§ 34sqq.

super his sententia et censura, prout etiam singuli praelati juxta vota sua censuere.

Wiederholt sein Gesuch um Urlaub nach Mainz und bittet aufs neue, ihm sein Gehalt zukommen zu lassen.

Ex Tridento 7 octobris anno salutis 1551.

226. Nausea an K. Ferdinand: schickt die Akten der vorgestrigen Konzilssession; hat sich für einige Zeit in das Kloster S. Michael bei Trient zurückgezogen; wartet auf sein Gehalt. 1551 Oktober 13 Trient.

Aus cod. 106 pag. 75—76.

Quidquid pridie in proxima sessione ¹ actum est, invictissime rex ac clementissime domine, statim bona fide conscripsi sacratissimaque Majestati Vestrae vera diligentia transmisi. coeterum licet quidquid earum est rerum, Venetias (ut illic imprimeretur) missum iri diceretur, quia tamen videam tardius eam impressionem fore, navavi sane omnem operam ut saltem responsionem ad litteras Galliae regis una cum copia fide digna salvi conductus, qui ab hac sancta synodo singulariter datus est Protestantibus, a R^{mo} domino apostolico legato extorserim, ut eam sac. Majestati Vestrae prae coeteris transmitterem. quam quidem et responsionem et copiam salvi conductus hic humillime transmitto, rogans obnixè ut hoc exiguum studium meum, et quia propter continuam meam aegritudinem ad monasterium sancti Michaëlis non procul a Tridento ad aliquot dies recesserim, collecturus interea quae tractanda sunt in sessione (quae futura est 25 novembris) et amissas vires aliquantulum reparaturus, pro ingenita sua clementia boni consulere dignetur ², inventura me per omnia fidelem sacellanum et episcopum, de quo (Deo propitio) nunquam merito poenitere possit Majestas Vestra, memor quia, quum nunc quodammodo feriae sint et coeteri praelati singuli ad singula sua loca, quieti et tranquillitati convenientiora, ociandi et studendi gratia post tantos labores, quos hactenus una mecum pertulerunt, propterque faciliorem sumptum, de quo hic omnes conqueruntur, secedere soleant, circa diem sessionis reversuri, prout (veluti omnes adfirmant) fieri mos est, et ante plaerique omnes adeo hunc morem servarunt ut, cum ego huc veni, vix 25 praelati praesentes fuerint, imo multi post sessionem advenerunt. quod si illi hoc facere solent, cur mihi non eodem jure uti liceret, maxime cum scitu praesidentium et aliorum, qui vel ideo rectius et excusabilius ad coenobium quod-

1) Sessio XIII, 11 Oktober 1551. Theiner I, pag. 530.

2) K. Ferdinand antwortete auf diesen und den vorigen Brief am 31 Oktober (d. d. Wien), lobte Nauseas fleißige Berichterstattung, wiederholte die Ablehnung des Urlaubsgesuches aus den früher dargelegten

dam secedo, quum faciliores et leniores illic mihi aegrotanti et valde egenti sint impensae, eousque donec Majestas Vestra mihi clementer disponere dignata fuerit de salario meo, qui in hanc horam nihil adhuc recepi nec est qui quicquam mihi dare velit, super quo valde stupeo nec parum erubesco . . .

Tridenti 13 octobris anno salutis 1551.

227. Nausea an den Konzilssekretär Angelo Masfarelli: übersendet ein Exemplar seiner Epistolae miscellaneae. 1551 Oktober 15 Trient.

Aus Arch. Vat. Armar 62 vol. 139 fol. 139 Orig.

Dank für Überlassung der Akten der letzten Session¹: in cuius [d. i. seiner Dankbarkeit] sane testimonium et nostrae mutuae amicitiae arrabonem mittimus hic dono Claritudini Tuae quasdam de nobis omnino nescientibus epistolas miscellaneas aeditas, eandem Tuam Claritudinem magnopere rogantes ut illas ipsas nostri mutui sinas amoris fore pignus et symbolum perpetuum, fortasse . . . quoddam majus a nobis receptura. quae in terris foelicissime valeat nosque certiozem facere non gravetur ea de re quam lator praesentium, noster a sacris, exponet . . .

Tridenti ex hospiciolo nostro 15 octobris anno sal. 1551.

228. Nausea an Papst Julius III: Klage, daß frühere Briefe mit Bitte um Unterstützung zur Drucklegung seiner Schriften unbeantwortet geblieben sind. Einsendung letzterer. 1551 November 5 Trient.

Aus cod. 106 pars 2 pag. 54sq.

Succidaneo quidem tempore ternas ad Sacrosanctam Vestram Beatitudinem litteras et eas quidem devotissimas dudum dederam, ponens in eis causas ob quas hactenus Tridentum ad designatum concilium me conferre non potuerim, ac interim supplicans ut Beatitudo Vestra vel auxilio vel consilio vel subsidio vel alio modo suam ferre opem dignaretur, ut universae meae pro sacrosancta nostra religione et fide lucubrationes ad omnium ferme apud nos Catholicorum efflagitationem et instantiam in lucem tempore quoquo primo prodire possent. tamen hactenus nihil responsi, praeter consuetum summorum pontificum morem, ab eadem

Gründen und teilte mit, daß die Tiroler Hofkammer angewiesen sei, N. monatlich 100 Kronen zu zahlen, quos tu ab ipsis petere et recipere poteris. Cod. 106 pag. 90sq. — Letztere Mitteilung wiederholte er in einem ferneren, aus Gratz datierten Schreiben vom 18 November. ib. pag. 94. Vgl. weiter unten nr. 233.

1) Nausea hatte Masfarelli durch einen Brief vom 12. darum ersucht (cod. 139 fol. 191—192 Orig.).

Beatitudine Vestra recepi¹, quod in causa est quia nunc ex hoc sacrosancto Tridentino concilio, ubi modo . . . versor anxieque sub nomine serenissimi mei regis orator indignus pro virili meo laboro, hosce libros a me pro defensione catholicae nostrae religionis conscriptos, eidem Beatitudini Vestrae magna ex parte suppliciter et devotissime dicatos et inscriptos, devotissime transmittere et offerre non verear, nil aliud aequae suppliciter orans et obsecrans quam ut Beatitudo Vestra aliquo dignetur argumento, quantocius fieri poterit, declarare an ipsa quidquid horum est meorum conatum et laborum receperit et gratum fuerit.

Ex Tridento 5 novembris anno salutis humanae 1551.

229. Nausea an einen Ungenannten an der Kurie²:

Bedauern, daß Adressat vorerst nicht nach Trient kommen wird. Bitte, dem Papst seine Schriften, die er sendet, zum Zwecke einer Unterstützung für die Drucklegung zu empfehlen. 1551 November 7 Trient.

Aus cod. 106 pars 2 pag. 68.

Quanto nimirum desiderio, R^{mo} pater ac observandissime domine, R^{mae} D. T. felicem huc adventum diu multumque exspectavi et adhuc ardentem exspectem, non facile scripserim, quandoquidem certo mihi videre visus sum³, non infimum sane hujus tot tantorumque luminum, patrum videlicet sanctissimorum, in hac sancta synodo consessus ornamentum et decus longe radiantissimum, quo non parum illuminatum iri me putaverim. quia vero negotia isthuc infinita et maxima apud San^{mum} Dominum Nostrum R^{mam} D. T., [quibus]⁴ quamlibet senio confecta detinetur in causa sunt quominus ardentissimi mei desiderii compos esse queam, est unde merito cum patientia mihi moderari cogar, non aliud occupatissimo nunc occupatissimus scribens quam quod R^{mam} D. T. modis quibus possum ac debeo omnibus orem et obsecrem, quatenus R^{ma} D. V. una cum R^{mo} domino cardinali Joanne Morono, dignissimo et amplissimo domino et patrono meo sicut antiquo ita optimo, tantum apud San^{mum} Dominum Nostrum cooperari velit, ut in omnibus meis pro catholica nostra fide et religione lucubrationibus excludendis compos fieri possim illo modo quem ego humillime pridem perscripsi R^{mo} domino cardinali Morono, in quo citra omne dubium R^{ma} D. T. rem faciet mihi satis nec laudatam nec laudan-

1) Vgl. jedoch oben nr. 207.

2) Der Ungenannte ist in der Umgebung des Papstes zu suchen; sollte es Kardinal Verallo sein, von dem wir oben in nr. 213 einen Brief an N. brachten?

3) Hier fehlt wohl: te futurum esse oder ähnliches.

4) So zu ergänzen?

dam: cujus sane devotissimi mei voti ne propter maxima et infinita propemodum pro republica christiana negotia San^{mus} Dominus Noster oblivisci possit, visum est mihi humillime San^{mae} suae Beatitudini mittere gustum saltem maxime exiguum vel plane fortassis insipidum mearum lucubrationum Beatitudini Suae consecratarum, quas illi R^{ma} D. T. suo facundo et dulciloquio ore commendare et exornare dignetur, obsecro, meque sibi commendatum habere . . .

Tridenti 7 novembris anno salutis 1551.

230. Nausea an Bonifacius Amerbach¹: freundschaftliche Vorwürfe wegen Vernachlässigung. Bitte ein beigeheendes Manuscript zum Druck zu besorgen. 1551 November 24 Trient.

Aus cod. 106 pag. 83 sq.

Clarissime ac doctissime vir. etsi . . . tot ac tantis . . . negotiis obruimur ut etiam nominis memores vix esse possimus, haud tamen est quae minus hasce ad Tuam Claritudinem litteras vel quamlibet protrepticas dederimus, oblata praesertim tam commoda per latorem praesentium facultate et occasione. jam vero, quamvis haud parum multa scribere decreverimus, occupatissimi tamen non aliud scribimus quam ut eandem Claritudinem Tuam de nostra in ipsam succensione certiore faciamus. quae enim (obsecramus) illi merito non succenseremus, cum videamus adeo nos quippe veteres ejus amicos eosdemque constantissimos apud eandem C. T. contemptui haberi, ut suis exoptatissimis nos litteris haud dignetur nec nostra suis in rebus opera, quantumvis exigua, quovis uti velit, quum tamen nihil esse putemus quod ipsius causa non perquam libentissime fidelissimeque subituri simus. est igitur nihil² quod aequae desideramus quam ut posthac Tua Claritudo pro se suisque omnibus sibi dilectis nostra quocumque loco et tempore usura sit opera et ope, ubi ipsa hanc vel illam sibi profuturam senserit, inventura certe nos sibi ad optima quaeque sic paratissimos ac propensissimos, ut de nobis [sibi] polliceri possit quae nostrae sunt facultatis et opis universae.

Quod reliquum est Tuam Claritudinem magnopere oratam velimus, ut ea libellum dialogicum, quem Gaspar Hervagius, istius nationis juvenis egregius³, nobis a secretis fidelissimus, cum hoc tabellario, ut apud vos excudatur, mittit, ita promovere velit, ut is tempore quoquo primo correctus et elimatus citra ullam contumeliosam addictionem⁴, qua nunc nonnulli praeter omnem fidem et charitatem

1) Amerbach lebte bekanntlich als Rechtslehrer in Basel, wo er später der Schwiegervater des obengenannten Johannes Oporinus wurde.

2) So? Kod.: nunc. 3) Vgl. oben nr. 212.

4) So!

perfricta quidem fronte id genus scripto male abuti soleant, in lucem prodire valeat.

Ex Tridento 24 novembris anno 1551.

231. Nausea an Johannes Oporinus, Drucker zu Basel:

Abhaltungen vom Schreiben in letzter Zeit. Bitte den Druck eines libellus dialogicus zu übernehmen. Anfrage, ob er die Lucubrationes Nauseas unter genannten Bedingungen drucken wolle. 1551 November 25 Trient.

Aus cod. 106 pag. 84sq.

Dafs er so lange nicht geschrieben, hat seinen Grund darin: cum quia transacto quidem anno ita nonnunquam male valere ceperimus, ut saepenumero animam propemodum agere medicis visi simus, nec suo potuerint manus officio fungi, nec prae nimia linguae debilitate et egritudine quod cupiebamus dictare quiverimus; tum quia licet haud multo post Dei optimi maximi benignitate ad pristinam fuerimus valetudinem restituti, tamen sumus illico tanquam regii commissarii, quantumvis minus aequae dispositi, ad varia passim pro christiana republica reparanda conservandaque negotia et paulo frequentius ablegati, ut nonnunquam ob infinitas, quibus obruebamur, occupationes, nonnunquam ob locorum distantiam et tabellariorum non minus incommoditatem quam infidelitatem litteras ad Tuam Humanitatem dare non potuerimus. quum vero tot tantisque commissionibus et legationibus (atque utinam rite recteque) functi domum reversi fuisset, futurum sperantes ut domi tandem Deo soli nostrisque oviculis, nostram absentiam aegre ferentibus, inservire possemus, factum est ut subito praeterque omnem nostram opinionem et sententiam huc a Vienna, non absque nostra rerumque nostrarum omnium jactura, ad hanc oecumenicam synodum a Julio III. pontifice maximo evocati, a Ser^{mo} rege domino nostro clementissimo missi simus: ubi tot ac tantis prae coeteris patribus hic egregie pro nostrae sanctae religionis reparatione laborantibus diu noctuque negociis detinemur ut ne nunc quidem pro voto nostro nec quidem aliud ad Tuam Humanitatem scribere possimus quam ut ipsa sciat nos satis mediocriter valere, peroptantes eandem nobis multo melius valere, id quod summa certe nos leticia adficeret. deinde scire vicissim cupimus quibus nunc Humanitatis Tuae typographica insudet et jam universa epistolarum miscellanearum exemplaria sine ejusdem dispendio distracta sint et vendita, siquidem desiderantur a multis passim, nec nunc supersint alicubi. nos ipsi nihil aliud in eis desideramus quam quod regestum sive index defuerit illis.

Coeterum commendatus est nobis dialogicus quidam libellus ¹,

1) Ohne Zweifel das im vorigen Stück erwähnte Werk.

quem lator praesentium Humanitati Tuae adfert, qui quum nobis, hac praesertim tempestate, multis nominibus non utilis solum, sed et plane necessarius est, editione dignus esse videatur. et [cum] nos Tuae Humanitatis eruditionem, industriam, integritatem et fidem multis sane argumentis hactenus experti simus, est unde Humanitatem Tuam magnopere rogamus quatenus ipsa hunc ipsum dialogum tempore quoquo primo in officina sua typographica correcte excudi faciat tutoque ad nos statim per Venetias transmitti ducenta exemplaria, pro quibus e vestigio satisfaciamus ad Humanitatis Tuae voluntatem quamprimum nobis eam adaperuerit, futuri praeterea, ubi convenerimus, pro virili non ingrati, quandoquidem, quum modo ad multorum efflagitationem quascunque nostras lucubrationes in suos ¹ tomos ita discernimus ut deinde simul egregie fideliterque excudantur, ex Tua Humanitate scire summopere cupimus, an ipsa quidquid earum est lucubrationum ad typis excudendum suis suscipere velit. quae ut opus ipsum possit alacrius obire, statuimus eidem mox incepto ipso opere quasi honorarii loco donare trecentos aureos Renenses in auro probo, deinde solito precio quinquaginta singulorum tomorum exemplaria ad manus nostras recipere. nec modo restat aliud quam [ut] de sua nos voluntate et sententia quamprimum faciat certiore, ut subinde quidquid ejus est operis lenta quadam festinatione maturare valeamus.

Ex Tridento 25 novembris anno salutis 1551.

232. Nausea an K. Ferdinand: über dessen Brief vom 31. Oktober. Verdächtigung Nauseas und Agrams am Hofe als protestantenfreundlich. Die Beratungen der Theologen und der Prälaten zwischen der zweiten und dritten Session. Beschlüsse. Nauseas Beteiligung an der Diskussion über die Beichte. Ausbleiben seiner Besoldung. Wirren in Italien. Türkische Rüstungen. Trotz der Protestanten. Durchzug kaiserlichen Kriegsvolks. Maximilian von Böhmen erwartet. — Lippa den Türken abgenommen. Unterwerfung Magdeburgs. Die Konfession der Protestanten. Verwendung für ein Gesuch der Mönche von S. Maria in Gries bei Botzen. 1551 November 26 Trient.

Aus cod. 106 pag. 95—99.

Quas . . . Vestra Majestas ad me . . . dignata est dare litteras, meis pridem missis respondentes, de dato Viennae ultima die octobris ², hic 9. novembris ea qua potui reverentia et quidem non sine magno gaudio, quantumvis permixto merore, suscepi. inprimis etenim maxime gavisus sum mihi quod Majestas Vestra

1) So Kod.; zu lesen: duos?

2) Vgl. oben S. 576 Anm. 2.

in eis insinuavit se meas binas tum litteras, quibus quae die octobris 11. in ipsa ejusdem diei sessione acta sunt exposueram, non clementer modo recipere, sed etiam quae de actis inibi scripsi laudare et probare pro regio suo animo, sed et hortari insuper dignata est ut eandem meam solitam diligentiam et studium in iisce hujus sacri concilii negotiis ad eam perscribendis posthac quoque diutius adhibeam, quo nihil earum rerum se latere possit. deinde quia mquerere coepi, quod R^{mus} dominus episcopus Sagra-biensis, dignissimus collega meus optimus, obiter mihi retulerit in curia Majestatis Vestrae palam dici eandem de neutro nostrum bene contentam esse, quod uterque nostrum plus aequo Lutheranis faveat. quod quum minus intelligam quid sit ¹ hoc ipsum, quum nihil tale quid ex ipsius ad utrumque nostrum litteris odorari queam, non opere precium duxi quidquam nunc hac de vanitate scribere pientissimasque regiae Majestatis Vestrae aures rebus inanibus obtundere. certius autem aliquid intellecturus, juxta humilitatem meam quod veritatis erit respondebo, plus fidei Majestatis Vestrae litteris [habens] quamlibet paucis et brevibus, quam mille citra veritatem rumoribus, nullo quidem certo anthore, vagantibus. id igitur quod gratiose jussit Majestas Vestra sequens, eam humillime certiozem de rebus a tempore earundem ejusdem ad me litterarum actis et gestis facio.

Habita proinde die octobris 11. sessione, tertia dein die ² theologis doctoribus ad disputandum exhibiti sunt super poenitentiae et extremae unctionis sacramento articulis . . . super quibus quidem articulis, quum quotquot hic in hoc sacro concilio adsunt doctores theologii satis acriter, docte, pie diserteque more suo pro et contra disputassent, haud multo post sunt et illi idem articuli praelatis et episcopis ad discutiendum oblatis. qui quum ab ipsis quoque praelatis aliquot diebus non minore acrimonia, doctrina, pietate, disertationeque disputati et discussi fuissent, tandem plerique omnes quidem articuli ab omnibus tam doctoribus quam patribus per sanctas scripturas unanimiter damnati et digni anathemate judicati sunt. atque proinde postea collecti sunt sacri canones . . ., ex quibus etiam statim excerpta sunt capita reformationis, super quibus canones formantur, quae quidem reformationis capita itidem una cum decreto et doctrina, quam vocant, quasi praefatione quadam in ipsos canones praemissa, conjunctim . . . transmittenda duxi.

Insuper, clementissime domine, quum Majestas Vestra mihi gratiose quoque commisit ut quidquid hic scitu dignum vel viderem

1) So? Hs. et.

2) Vgl. zum folgenden die Akten bei Theiner l. l. pag. 531 sqq.; Abschriften der angezogenen Stücke enthält auch unser Kodex.

vel audirem, se non celarem, fit ut etiam cum iisce meis litteris ad eandem mitto schedulam exiguam . . ., quam nudius sextus ad me secreto R^{mus} dominus dominus Olaus Magnus archiepiscopus Upsalensis dignissimus et integerrimus idemque Svetiae Gotiae primas multis sane nominibus vere commendandus, Majestatis Vestrae laudis et salutis studiosissimus, instar admonitionis cujusdam dedit¹, obsecrans ut se non coelem, si quid eadem Majestas Vestra desuper respondere dignata fuerit.

Quod proinde superest, invictissime rex, Majestas Vestra fide bona sciat hesternae die hujus mensis 25, divaeque Catharinae martyri ac virgini sacra, tertiam post meum huc adventum [sessionem] suis solitis caeremoniis in magna multitudine episcoporum et praelatorum et oratorum absentium, quorum hic nomina et cognomina signata mittere volui², solemniter in cathedrali sancti Vigili templo celebratam esse, statimque publicitus promulgatum titulum materiae utpote super sacramento ordinis usque ad futuram sessionem, quae Deo volente erit 25 januarii (nimirum in die conversionis Pauli) disputandae³.

Nec possum hic ad harum litterarum calcem silentio transire quod cum coeteris mihi omnes articuli, de quibus paulo ante mentionem feci, damnatione, sed canones desuper unacum reformatione doctrinaeque et decreto omni exceptione digni visi sunt, nec in illis aliud interloquutus sum quam quod super articulo 4 publicam illam poenitentiam, quae fuit nostra patrumque memoria in usu, restitutum iri desideraverim, ut vera disciplina passim in ecclesia restitueretur, desideravique ut posthac magis idonei prudentioresque sacerdotes instituerentur ad confessiones poenitentium audiendas. super 9. autem articulo dixi me desiderare ut multitudo et varietas reservationum casuum, valde perniciosa et plerumque scandalosa et de questu suspecta, vel submoveretur vel saltem moderaretur. quae licet admonitio mea equis fuerit auribus ab omnibus audita et excepta, nescio tamen an suum sortitura sit, sicut et id genus alia, effectum. utcumque vero sit, suffecerit mihi, uti spero, coram Deo et hominibus bene velle, quum faciendi et exsequendi voluntatem deficiat mihi facultas et potestas⁴.

Postremo, clementissime rex, ignoro quid faciam aut quomodo ulterius hic maneam, quando non habeam [quo] in tanta rerum omnium penuria et caristia sustenter, quum in hanc usque horam plane nihil in sustentationem meam nomine M^{tis} V. ab aliquo mihi numeratum sit nec numeretur quidem. vereor eapropter ne ipsa necessitas (ingens telum) quidquam quod nolim facere cogat me,

1) Anscheinend nicht vorhanden. 2) Theiner, Acta p. 601.

3) Im Kodex pars 2 pag. 105—109. 4) Vgl. Theiner pag. 598.

nisi sac. M^{tas} V. graciose subvenire et mihi tandem de necessario saltem victu jure etiam naturae providere dignabitur ¹.

Rerum apud nos modo novarum nihil aliud ferme audio quam [quod] rumor passim est de bellicis in Italia tumultibus quodque Turcae se vehementer terra marique ad futurum, contra praesertim Hungariam, bellum praeparent, quamvis Turcarum tyrannum obiisse passim adfirmant. Protestantes, quo nomine nunc voco plerosque omnes sectarios, haud dum venerunt, nec facile venturi, ut conjicitur ex famosis eorum libellis, quos in non contemnendam pontificiae Sanctitatis et Caesareae Majestatis impudenter contumeliam contra hanc sanctam synodum passim spargunt, ipsi nempe Pharaone induratiores!

Praecedentibus diebus multi pedites et equites Caesariani, et ii quidem bene instructi, contra Gallum, sicuti fertur, hac transierunt. nos vero hic magna cum laetitia audimus Ser^{mu}m principem ac dominum, dominum Maximilianum Hungariae regem . . ., bonis, Deo gratiae, auspiciis transfretasse nunquam cum inclyta sua quoque Genuae esse. faxit Deus optimus maximus [ut] illum nos quoque propediem majore cum laetitia hac transiturum videamus ² deindeque adversus hostes suos cum gaudio triumphaturum audiamus . . .

Tridenti 26 novembris anno salutis 1551.

Postscripta.

Clementissime Caesar. rumor huc venit, etiam scripto confirmatus, Majestatis Vestrae in Hungaria civitatem Lippam a Turcis malae prius fidei possessoribus recuperatam ³ et ipsos hostes sibi fugae versus Bellogradum consuluisse. faxit Deus ut in effectu semper magis ac magis procedat, quod hactenus non vane dici solitum fuit. plus ultra! ⁴

Nec minor constans hic rumor est Magdeburgenses se in Caesareae Majestatis gratiam et disgratiam dedisse, cujus ditionis condiciones satis difficiles, tamen mediocres et merito ferendas, imo: plus ultra! heri legi; faxit is qui veritas est, ut quae vulgo feruntur, vera sint et in suam laudem et nostram salutem cedant.

Ubique fertur apud nos, Protestantes fuisse in Svevia congre-

1) Endlich am 9 Dezember 1551 wiesen K. M. Statthalter, Regenten und Kammerräte oberösterreichischer Lande zu Innsbruck Nausea 300 Gulden an in Abschlag der Unterhaltung so Euch K. M. als alle Monat 100 Kronen . . ., zu geben bewilligt. Cod. 106 fol. 102sq.

2) Vgl. unten nr. 235.

3) Über die Erstürmung Lippas am 7 November (das Schloß kaptulierte am 16.) s. v. Hammer, Geschichte des Osmanischen Reiches II, S. 216f.

4) In der Handschrift — ebenso wie weiterhin — mit größeren Buchstaben.

gatos et unicam pro se et omnibus suis conclusisse confessionem seque illam huc ad concilium missuros et super eam se aut victuros aut morituros, id est nullo modo a suo proposito discessuros. en quanta protervitas et impudentia.

Postremo... ad me, tanquam ad eum qui valeat gratia et autoritate, venit R^{mus} pater dominus Joannes praepositus una cum domino decano Itoriano¹ nomine totius conventus inclyti coenobii beatae virginis Mariae prope Bolsanum, cognomine zum Gries, me diligentissime rogans et obsecrans quatenus ego amore sanctae Deiparae virginis Mariae et ejus monasterii suum justum et equum negocium pro virili mea promovere non graverer. quale vero sit ipsius negocium, Majestas Vestra dignabitur intelligere ex supplici libello, quem eidem offert. jam vero quia praepositus iste, meo certe juditio, vir est bonus et hospitalis, qui me cum meis et in summa necessitate semel in hospicium tempore nocturno recepit, idemque fidelis et prudens paterfamilias, rogo et obsecro modis quibus possum ac debeo omnibus ut idem monasterium, quod ego ipse gravatum vidi plus aequo, in eo quod praefatus praepositus tam humillime supplicat, ut M^{tas} V. Sacr^{ma} ipsum, etiam mea intercessione vel quamlibet parvae autoritatis, ita illum clementer exaudire dignetur ut is aliquo saltem modo vel argumento hanc ipsam meam intercessionem sibi profuisse intelligere possit...

Ex Tridento ut supra.

233. Papst Julius III. an Nausea: dankt für eine übersandte Schrift. Näheres durch Morone. 1551 Dezember 12 Rom.

Aus cod. 106 pars 2 pag. 70.

Julius papa III.

Venerabilis frater. salutem et apostolicam benedictionem.

In eo libro quem nuper nobis Fraternalitas Tua misit², orationis gravitas et plurima divinarum humanarumque rerum cognitio nobis visa est elucere. pietatis quidem ardor ille tuus, quo sacrosanctae religionis jura et auctoritatem tueri studes et confirmare, facile efficiunt ut diligamus te plurimum. quare cum pro piis laboribus, quos in oecumenici concilii progressibus adjuvandis quotidie suscipis, tum pro ista, quam doctissime litteris mandasti, piaee sententiae explicatione, et hujus sanctae sedis et nostro nomine magnam tibi gratiam habemus, et quoties bene de te merendi occasionem aliquam nancisci potuerimus, ut a nobis te plurimi fieri intelligas operam dabimus. reliqua de nostra erga te praeclara voluntate ex litteris dilecti filii nostri Joannis sanctae Romanae ecclesiae cardinalis

1) So! 2) Vgl. oben nr. 228.

Moroni¹, qui de te nobis tum valde accurate et amanter locutus est, poteris cognoscere.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 12 decembris 1551, pontificatus nostri anno secundo.

234. Nausea an K. Maximilian von Böhmen: erstattet Bericht über zwei Aufträge Maximilians betr. eine böhmische Angelegenheit und einen Dispens für Brandenburg; eventuelle Zugabe eines besonderen böhmischen Vertreters. 1551 Dezember 27.

Aus cod. 106 pag. 89.

Ser^{mo} rex ac pientissime domine. ne mora nobis in tam Boëmice ad hoc sacrum concilium missionis quam Brandenburgensis dispensationis² [negotio] incommodare posset, ego heri statim finita in hoc ipso, solito more, concilio disputatione, cui, absente etiam collega meo, interfui, caute fideliterque de ambabus praefatis magni nimirum momenti rebus cum R^{mo} domino legato apostolico loquutus sum. qui tam paterne tamque liberaliter omnem suam in Brandenburgensi negotio operam pollicitus est ut bene sperare coeperim nos aliquid, quamvis, sicuti vereor, magna cum difficultate, esse expedituros, maxime accedentibus (sic enim dixit ille) meis ad aliquot [cardinales]³ litteris, quas equidem accurate scribam, modo habiturus sim informationem paulo clariorem, siquidem hac de re parum aut pene nihil antea mihi constiterit. insuper, Ser^{mo} rex, legatus ipse de regno Boemiae mecum paucis contulit, inquit sibi propterea in rem aliqualiter videri ut ex eo regno quispiam tanquam orator mitteretur nobisque duobus, nempe collegae meo et mihi, conjungeretur, ut fortassis [ob]⁴ . . . hoc ipsum schismatici et heretici determinationi concilii facilius et citius accederent, seque definitionibus ipsius libentius subjicerent, si videlicet viderent (inquiunt) etiam ex parte Boëmiae specialem adesse oratorem; alioqui non putarem alio opus esse, quum nos duo, utpote collega meus et ego, nomine totius et Hungariae et Boëmiae adsumus; atque profecto sufficere ut nostrum duo hic adsimus existimarem, nec ut alius quoque, praesertim circa finem concilii, nobis destinetur opus esse ad evitandas pariformiter magnas et eas quidem fortassis inutiles expensas crediderim. haec quidem Ser^{mae} Regiae Vestrae Celsitudini fideliter et humiliter scribere visum est mihi, ut ipsa paulo certius super utroque, tam Brandenburgensi scilicet quam Boëmico negotio, deliberare possit.

Tridenti 27 decembris anno 51.

1) Der Brief Morones liegt nicht vor.

2) Vgl. das folgende Stück. 3) So? Hs. chart.

4) Im Kodex ist ein kleiner Raum gelassen für ein dem Abschreiber anscheinend unverständlich gebliebenes Wort.

235. Nausea an K. Ferdinand: langsamer Gang des Konzils. Verzögerung des Kommens der Protestanten; Abneigung der letzteren wider das Konzil. Dessen schwacher Besuch; Fehlen der Vertreter der Universitäten; Nachlässigkeit der Bischöfe. Umtriebe gegen Kaiser und König im Reich; Rüstungen; Frankreich im Einverständnis. K. Maximilian und Gemahlin in Trient; Aufnahme; Festlichkeiten. Maximilians Wünsche inbetreff Magdeburgs und Halberstadts. Ausschreitungen der Söldner Kf. Moritz' in Thüringen; Kurmainz denkt an Abreise. Päpstliche Friedensbestrebungen. Pflugs Projekt eines Nebenkonzils mit den Protestanten. 1551 Dezember 29 Trient.

Aus cod. 106 pag. 119—123.

Quamquam, invictissime rex et clementissime domine, plane putaveram Majestati Vestrae nihil a me ante futuram hujus sanctae synodi sessionem scribendum esse, sunt tamen quae quotidie passimque fieri partim audio, partim autem video, ejus dispositionis et conditionis ut ea Majestatem Vestram celare non possum nec debeo, et quidem propterea ut ipsa ex eis admonita paulo citius et melius sibi et suis desuper consulere et providere possit utque praevisa, si qua fuerit, tela minus nocere queat. inprimis autem nescio quid sibi haec lenta hujus sancti concilii festinatio et tardior Protestantum, quos vocant, adventus velit aut moliatur, praesertim quum indies haeretici, qui dudum, sed dubio procul non ex animo, suis apud omnes clamoribus concilium desiderare videbantur, nunc vero contra ipsum seditiose scribunt et loquuntur probrose, contemnentem quae pridem post vetera illa sanctissima concilia in hoc quoque concilio nec male nec impie nec immodeste decreta et definita sunt, quamvis equidem nolim ea tam cito typis excussa fuisse, malimque ut omnia, donec suum accepissent finem, quae vel posthac definirentur, intra parietes occulta manerent atque sic non usque adeo occasionem contra concilium scribendi et ejus floccifaciendi causam coram plebe haberent. addo quod suis isti famosis libellis, quorum aliquos¹ vidi et legi, palam asserunt se non venturos huc nec servaturos ea quae sint aut fuerint in hoc concilio vel definita vel decreta, quum non sit hoc vere oecumenicum concilium ob tot regum, principum, episcoporum, praelatorum, accademiarum communitatumque absentiam. atque profecto miror ego quod ex omnibus tocius tam inferioris quam superioris Germaniae academiis sola Lovaniensis universitas, tanquam sola catholica, hic per aliquot suos doctores adsit, coeterae vero quasi de haeresi suspectae sint

1) Kod. aliqua.

omnes. id quod in superioribus conciliis haud fuit, utpote in quibus ab omnibus totius orbis academiis aliquot doctores fuerunt, nec solum episcopi, quorum pauci certe adhuc ex Germania in hoc adsunt concilio paucique legitimam suae absentiae causam habent, quum nonnulli eorum nescio quam recte suo episcopali fungantur officio domi, qui tamen iisce, quibus nunc ad mortem usque ferme premimur, haeresibus non minimam suis negligentis et abusionibus occasionem dederant, nec unquam aliquo officio episcopali se pro Hierusalem murum posuerunt, sed eos qui se pro muro sive dicendo, sive docendo, sive scribendo posuerunt, persequuti fuere, dormientes ipsi in utramque aurem et utroque pede claudicantes.

Proinde dubito an id ipsum, quod quantumvis sancte vel quod ad fidem vel quoad mores definitum fuerit, suam quoquomodo executionem sit habiturum nec ne propter adversarios, qui vel catholicis principibus et potentatibus procaciter resistent nec nunc (ut anguror) aliud clam meditates quam ut ignominiam, cujus ipsi sua temeritate causa fuere, per Caesaream et Regiam Majestatem nuper justo Dei judicio acceptam quopiam vel rustico vel civili vel populari bello vel tumultu vindicare et demum contra hoc concilium adsequi, quod pridem, adversante tamen Deo maximo, satis horrende tentarunt et (nisi plane fallor) brevi rursus tentaturi sunt. cujus equidem argumentum accipio ex clandestino rumore qui nunc apud quosdam divagatur, nempe Protestantes ipsos clam suos passim per universam Germaniam constituisse capitaneos, et eos quidem non paucos, qui clanculo conducunt et conscribunt milites tam pedites quam equites, quibus isti negotium facessere debent imperatori optimo, ne contra Galliae regem praevalere possit, et Majestati Vestrae, ne ipsa contra Turcas pro Hungaria et Austria quidquam efficere nec interim alterutra majestas concilii decretorum ullo modo executionem facere sufficiat. quibus fortasse adherebit rex ipse Galliae, qui modo (sicuti conjicio) defectionem in odium fortasse summi pontificis a sede apostolica et a veteri religione meditatur. insuper est dictum mihi clam, eundem Galliae regem suum sine intermissione nuncium habere apud Saxones, Hessos et alios Protestantes, nunc (nescio quae vel qualia) conventicula et conciliabula dubiis in locis agentes, indubie non multum boni deliberantes. Deus ille maximus idemque sapientissimus, qui terribilis est in consiliis super filios hominum, contra quem non est nec sapientia nec prudentia nec consilium, dissipet et reprobet consilia pravorum, faciatque ut nequissima consilia facientibus super ipsos faustos¹ devolvantur!

Nec occurrit nunc quod scriptu sit vel dignum vel necessa-

1) Zu lesen: infaustos?

rium aliud quam quod nuper, die videlicet 13. hujus mensis decembris, quae dies fuit dominica et insuper divae Luciae virgini sacra, Ill^{mus} princeps ac dominus, dominus Maximilianus Boëmiae rex idemque archidux Austriae serenissimus, Majestatis Vestrae filius haud dubie charissimus, una cum gloriosissima virtuosaque conjuge sua magno sane comitatu eoque vero regio adparatu hanc Tridentinam civitatem ingressus est. cujus Regiae Celsitudini summa cum reverentia processit obviam R^{mus} dominus cardinalis Crescentius, Romanae sedis apostolicae in hoc sacrosancto oecumenico concilio legatus, cum duobus R^{mis} dominis praesidentibus et majore parte episcoporum, quos Ser^{ma} ipsius Regia Celsitudo plane regie alacriter[que] amplexata est. quam quidem Regiam Celsitudinem et omnem ejus familiam R^{mus} et amplissimus dominus cardinalis Tridentinus, princeps multis certe nominibus ter maximus idemque in suo ordine vere incomparabilis per omnia, uti vere magnam et potentem regem splendidissime tractavit, nihil omnino praetermittens quod ad illius vel dignitatem vel gloriam vel existimationem esse potuit. illa autem Celsitudo ipsius Regia quidquid ejus fuit vere regii honoris animo certe regio susque deque faciens pro sua plane heroica humilitate subsequente statim sui ingressus die post horam vespertinam tres ipsos R^{mos} et Ill^{mos} archiepiscopos electores, subsequentibus nobis Majestatis Vestrae devotissimis sacellanis et oratoribus (sic enim R^{mo} domino cardinali Tridentino visum fuit) in admiranda passim omnis generis hominum adcurrentium copia et frequentia, visitavit ac ita regie erga omnes se exhibuit, ut videre tum fuerit regem optimum et maximum parentem Ferdinandum in filio rege optimo et maximo et hunc in illo. cujus Celsitudo Regia quum in arcem suam hic regiam rediisset, ad coenam vocavit et electores tres omnes et Caesareanos oratores et regios quoque nos sacellanos vere regiam. qua hilariter splendide opipareque casteque peracta, sic hilariter et alacriter citra omnem dimissi sumus querelam omnes, ut nemo fuerit qui sibi quicquam vel tantilli in illo, inquam rege, displicuisse dixisset.

Mane autem facto cum ¹ Celsitudo sua Regia suum huc discessum meditaretur, ipsa me ad se venire jussit, utpote locutura ² mecum singulariter seorsum. ad quam ubi e vestigio venissem et ipsa mecum variis de rebus admodum alacriter contulisset, tandem mihi Magdeburgensis et Halberstadensis ecclesiarum negotium ita commendavit ut earum filius Ill^{mi} principis marchionis Brandenburgensis ³ per confirmationem apostolicam compos

1) Kod. atque.

2) Kod. locuta.

3) Mf. Friedrich, Sohn Joachims II., Nachfolger seines Oheims Johann Albrecht († 17. Mai 1551) in Magdeburg und Halberstadt. Vgl.

feri posset. in quo sane negotio sic omnino sollicitus sum, ut sperem non nihil consequuturum me, quamvis haud parum multa sint quae fortiter obstare videntur, quum tamen temporis, loci et personae ratio dispensationem non immerito suadere poterunt.

Jentaculo itaque sumpto Celsitudo sua Regia in summa hominum frequentia Bolzanum concessit provincialia isthic comitia more solito celebratura. interim quum haec aguntur, venit huc rumor paulo molestior, quo palam fertur milites istos, qui ab obsidione Magdeburgensi soluti sunt, agrum Erphordiensem in ditione seu diocesi situm Moguntinensi ¹ satis hostiliter vastare coepisse et, captis duobus oppidulis, pagos septem combussisse eosque tendere ulterius. inde Moguntinensis archiepiscopus, invitis etiam ut dicitur summo pontifice et imperatore, discessum parat. qui si hinc discesserit, forte dabit et aliis ipse nescio quam occasionem hoc de concilio sinistre cavillandi.

Postremo, clementissime Caesar, quum haec scriberem, venit ad me, tribus hucusque diebus ex stomacho domi pessime valentem, orator alter Caesareus ² mihi quae inter alia retulit San^{mam} Dominum Nostrum camerarium quemdam suum ad Caesaream Majestatem misisse ³, ut cum illa agat de pace, quam Galliae rex magnopere desideraret. atque utinam firma futura sit pax, qua habita synodus haec nostra forte paulo melius esset progressura, accedentibus praesertim Gallicanis episcopis et praelatis, quorum adventum summo pridem desiderio desideravimus et optavimus.

Quum autem haec dictarem, venit ad me (sicut saepe numero pro humanitate sua singulari visitare me consuevit) R^{mus} dominus, dominus Julius Neuburgensis episcopus ⁴ dignissimus, doctissimus et inclitae domus Austriacae studiosissimus, mecumque de rebus pariter conciliaribus contulit varia, dubie de ulteriori successu hujus sacri concilii praesagens, in rem fore existimans ut adhuc aliquot in Germania viri graves iidemque catholici, accepti et grati, procedente nihilominus in suo ordine concilio, seorsum convenirent ac cum praecipuis Protestantibus ad quandam in religione concordiam, collatis hinc inde necessariis in eam rem rationibus, tractarent, ut ipsi saltem Protestantes pro communi bono pacis quae vel definita vel definienda in hoc essent ⁵ concilio, nobiscum amplecterentur et acceptarent, et ⁶ hujus quidem reliqua

zur Sache Pastor, Reunionsbestrebungen S. 435, Anm. 3; Ranke V⁶, S. 97.

1) Hs. totius Moguntinensis.

2) Graf Hugo von Montfort.

3) Pietro Camajani; die vom 10. Oktober 1551 datierte Instruktion bei v. Druffel, Briefe u. Akten III, nr. 785.

4) Julius Pflug, Bischof von Naumburg.

5) So? Kod. possent. 6) So? Kod. ut.

idem Neuburgensis in medium protulit, existimans aliquid per ipsum cum aliis fieri posse seque propterea hac de re ad magnificentum dominum doctorem Georgium Gienger¹ esse scripturum dixit, adhortans ut sacratissimam quoque Regiam Majestatem Vestram hujus rei non gravarer admonere. quod amice pollicitus nunc humillime facio, dubitans autem super tali concilio plurimum, ne id ipsum videlicet non modo sit abiturum in vanum, sed huic etiam oecumenico concilio, quod certe mihi nequaquam videtur esse contemnendum, et ejus auctoritati maxime detracturum, cujus quoque causa puto tot tantosque in eo patres in illius sententiam [non] sine murmure ituros. ego profecto tale quid coram palamque proponere non auderem.

Tridenti 29 decembris anno salutis 1551.

236. Nausea an K. Ferdinand: widerlegt den ihm gemachten Vorwurf, beim Votieren im Konzil gegen seine Instruktion gehandelt zu haben. 1552 Januar 1 Trient.

Aus cod. 106 pag. 106 – 108.

Ad regem Romanorum.

Quod, invictissime Caesar, clementissime domine, ex novissimis Majestatis Vestrae ad me litteris² meam sibi super articulo de communione utriusque speciei paulo fortasse quam par sit fusiorem declarationem³ (quandoquidem declaratio sermonum domini intellectum illuminare soleat) haud admodum placuisse senserim, cepi profecto non perturbari solum, sed dolere etiamnum vehementer, non quia cujuspian mihi erroris inibi conscius sim, qui ex officio meo episcopali rogatus dixi quod veritas habuit, sed quia sensi Majestatem Vestram regiam non satis dextre de ipsa re informatam esse. quum enim eadem in tot ac tantis passim me comiciis et colloquiis (quae tamen semper dissuasi) sic diligentem, syncerum, fidelem obedientemque multis experta sit argumentis, ut nunquam vel tantilli Majestatis Vestrae mandati fines transgressus fuerim, qui fieri modo possit ut ego jam tandem tam esse velim temerarius et imprudens, ut facerem quod Majestatis Vestrae mandato et instructioni quoquo modo contrarium esse potuerit?

Etsi enim, sapientissime rex, in tam magni momenti negotio vix aliud esse queat periculo plenius idemque servatu difficilius suspicioneque refertius, quam ea instructio qua quispiam sive

1) Kanzler K. Ferdinands.

2) Ferdinand an Nausea, Wien 14. December 1551: tadelt seine Ausführungen vor dem Konzil über den Artikel der Communio sub utraque specie, da er sich darüber nicht mit den kaiserlichen Oratoren noch seinem Mitgesandten ins Einvernehmen gesetzt habe. l. l. p. 104sq.

3) Vgl. oben nr. 225.

mandatarius sive commissarius ad alterius, maxime disparis conditionis, scitum et consensum ita restringitur et alligatur ut ipse in consultando et pronunciando sui sine illo voti nullam habere debeat libertatem, ego tamen haecenus eam in commissione instructioneque simul collegae meo mihi que tradita restrictionem usque adeo constanter observare conatus sim, ut via regia procedens nec in dexteram nec sinistram declinaverim nec solus quidquam dixerim nec scripserim, sed ab alterius nutu, quantumvis perplexus, perpenderit: id quod speciatim maximeque sollicitus in hoc sacro concilio servare gnaviter studui, et in primis in negotio illo eucharistico, quum praelatorum sententiae super famigeratissimo communionis utriusque speciei articulo juxta uniuscujusque conscientiam essent dicendae et explicandae.

Adpropinquante enim dicendarum super eodem articulo sententiarum die, dedi operam ut meam Deo optimo maximo conscientiam probarem salvamque eam mihi in supremo judicio conservarem. collegi dictavi que ea, sicut inter me et collegam meum serio conventum erat, quae mihi pro tuenda veritate et in ea quae nunc pluribus annis fuit omnium maxima controversia pace concordiaque reparanda conducere videbantur. quae sic non absque nec labore nec judicio per me collecta et congesta tuli ad R^{mum} meum collegam, deque taliter collectis de verbo ad verbum tam pie, simpliciter et sobrie cum eodem collega meo contuli, ut adeo quidquid ejus fuit collecturae sibi per omnia placuerit ut ne verbum quidem addiderit illi nec ademerit, sed sua statim sponte propriaque manu subscripserit. quo facto nostrae commissionis et instructionis probe memores recta ivimus ad ipsos Caesareanos oratores ac eadem cum eis, praeloquente ipso collega meo, contulimus, ab ipsis consilium petentes et quid ipsis ea in re videretur interrogantes. qui respondentes dixerunt nos debere facere quod nostrum esset, suum non esse iisce de rebus consultare, quae theologorum esset et episcoporum, de quibus ipsi nullam haberent expressam commissionem nec habent iisce in rebus, ut alii, dare vota. quo per nos intellecto discedentes ingressi sumus unanimiter concilium, in quo erant circiter quinquaginta episcopi et ipsi oratores Caesareani. quum proinde R^{mus} dominus cardinalis concilii legatus primo, more solito, rogaret R^{mum} dominum cardinalem Tridentinum ut suam inter alios articulos diceret super articulo de communionem utriusque speciei sententiam, respondens ipse eandem dixit sententiam quam collega meus et ego, illo nesciente, conceperamus. rogatus deinde R^{mus} dominus Moguntinus archiepiscopus eam sibi quoque sententiam ferme placere respondit. interrogatus deinde R^{mus} dominus Zagrabiensis, collega meus, concordatam utriusque nostrum super eo articulo sententiam magna ex parte (sicuti plerique omnes in dicendis sententiis praelati consuevere) ex

scripto legit, quem ego ut posterior sequutus, idem quoque¹ mihi placere respondi. quamquam deinde multi non prorsus in nostram concessissent sententiam, doctior tamen et sanior episcoporum pars a parte domini cardinalis Tridentini, Moguntinensis, Zagrabiensis et mea stetit; imo quae dein sententia usque adeo majori parti primum placere cepit, ut ejus articuli definitio ad meliorem spem Protestantium, qui tum propediem venturi sperabantur, usque ad proximam sessionem suspensa fuerit.

Ita, clementissime rex, dignabitur Majestas Vestra intelligere me ea in re nihil omnino in instructione regia transgressum, sed diligenter quod illa in se continet servasse, nec me solum, sed collegam quoque meum sensisse et dixisse, nec inconsultis oratoribus Caesareanis, qui si voluissent², quum praesentes omnia viderint et audierint et (nisi fallor) tum de omnibus bene contenti fuere, quum plane tacuerint, tacendo consentientes. addo quod ego opportuno tempore et loco, et quidem non ut orator regius, sed ut episcopus et privatus praelatus, cum omni humilitate et modestia quod verum est dixi, [non] praejudicans nec praejudicaturus unquam, bene confidens quod [id quod] non solus nec sensi nec dixi, sed alii non parum multi mecum non contemnendi doctores, theologi et episcopi dixere, in Dei gloriam multorumque salutem sub tempore sit cessurum. quam vero quod hactenus in hoc sacrosancto oecumenico concilio scripsi, dixi, egi et feci, San^{mo} Domino Nostro Julio III. pontifici maximo bene vel male placuerit, dignabitur Majestas Vestra fide bona intelligere ex iis quae compulsus ferme mitto, exemplaribus duorum brevium sive diplomatum apostolicorum, quae illa nudius sextus huc ad me, nihil tale cogitantem, sua sponte proprioque motu dedit³, nempe meorum tum alias cum in hoc sacro concilio pro nostra religione fidelium laborum memor. quamquam plane mirum videri potest, clementissime Caesar, quod Majestati Vestrae solus ego in hoc ipso communionis utriusque speciei negotio tam satis oblique, hostiliter et innocenter insinuatus, notatus et odiose traduci ceptus sim, cum potius una mecum debuisset insinuatus, notatus et traduci ceptus esse collega meus, in solidum mihi conjunctus praeterque consuetudinem synodicam praelatus, ego autem multis sane modis sine mercede posthabitus et praegravatus. id quod, clementissime rex, hac duntaxat causa scribo ut Majestas Vestra pro singulari sua regia prudentia an recte solus sine collega meo charissimo sibi notatus et insinuatus sim, paulo penitius secum trutinare deque me meliorem posthac fidem habere dignetur, cui

1) So? Kod.: quod esset.

2) Ausgefallen: contradixissent?

3) Das eine dieser Breven ist zweifellos nr. 233.

nihilominus interim gratias eidem perquam devotissimas habeo et ago, quod ipsa me plus quam memorem tantae tamque dubiae rei tam clementer admonere dignata est. cui Deus optimus maximus hunc ineuntem novum annum cum omnibus subsequen- tibus annis prosperrimum et foelicissimum reddat et letissimam contra quoscumque hostes et inimicos largiatur victoriam. amen.

Tridenti prima januarii anno salutis 1552.

237. Nausea an [Kardinal Crescenzi]: Anfrage, wie sich den kursächsischen Deputierten gegenüber zu verhalten. Lebensgefährliche Krankheit [1552 Januar 26]¹.

Aus cod. 106 pars 2 pag. 77 ohne Adressat und Datum.

Salutem cet.

R^{mo} pater, illustr. princeps. fuerunt hac hora mecum laethaliter decumbente Ill^{mi} principis electoris Saxoniae ducis Mauriti oratores, praetendentes accessum vel audientiam. ego autem utcumque tum propter laethalem febrem tum propter incognitam eorum causam egerrime negavi, illis dici curans ut cras venturi meae adversae valetudinis statum² explorarent, quoniam si melius sum habiturus, me eos perquam libenter admissurum et auditurum esse; quia vero, ill. princeps, illorum statum quoad salvum conductum vel decretum pridie in sessione denunciata³ prorsus ignoro, cuperem humillime per Ill^{mam} Celsitudinem Vestram vel secreto scripto vel per suum secretarium paucis de eorundem statu certior fieri, ut advenientibus illis cautius cum versutis et astutis hominibus loqui possem. ego enim ita devotum tum sedi apostolicae tum et sacra^{to} huic concilio in medium proferre volui, quo vel minimum offendere possem.

Hisce ego me ill. D. Tuae devotissime commendans.

1) Das Datum ergibt sich aus der Anspielung des Briefes auf die am Tage zuvor abgehaltene Sitzung, worunter nur die 15. (5.) vom 25. Januar 1552 verstanden sein kann. Der Brief ist also 12 Tage vor Nauseas Tode geschrieben, vielleicht das letzte von diesem ausgegangene Schriftstück.

2) Lücke in der Handschrift gelassen.

3) So Hs.